

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 00357142 9

UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

PARS XX.

CANTACUZENUS.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXI.

DF
503
C6
v.24



IOANNIS
CANTACUZENI
EXIMPERATORIS
HISTORIARUM

LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE.

CURA

LUDOVICI SCHOPENI.

31888

VOLUMEN II.

Vol 24

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXI.

LOANING
CLAYTON

EXHIBITION

MUSEUM

1876

NEW YORK

LIBRARY

1876

1876

1876

P R A E M O N I T U M.

Cum iam in eo sim, ut, quid in hoc altero Cantacuzeni volumine praestitum sit, exponam, facere non possum, quin acerbissimam casus illius memoriam renovem, qui necopinato nuper boni cuiusque animum perculit et afflixit. Cuius enim consilio auspiciiue felicitate haec ipsa Byzantinorum scriptorum collectio et condita est et in laetam spem accrevit, eum subita atque immatura morte ereptum nobis esse, quis est, quem nunc demum edoceri oporteat? Quippe Niebuhrius ea erat nominis gloria, immortalibus in rem litterariam meritis parta, ut et vivus, si quis alius, inter humanitatis decora splendidissima celebraretur, et, ubi vita decessit, longe lateque triste sui desiderium diffunderet communisque iacturae sensum excitaret. Et vero nuntius iste eo gravius omnium animos affecit, quod in magna et multiplici calamitate, quam, tot viris praeclaris summaeque doctrinae laude conspicuis, nescio qua fati iniquitate, intra hoc breve temporis spatium ex-

tinctis, litterae nostrae acceperant, is unus cum paucis superesse videbatur, qui rem afflictam sustineret, in quem ceteri velut in exemplum severioris ac prorsus antiquae eruditionis intuerentur, in quo, quaecunque sive ad amplitudinem litterarum, sive ad arcendam fortiterque repellendam superstitionem et barbariem facerent, summa inesse omnia constaret. O spem inanem fragilemque humanae magnitudinis conditionem! Hunc talem virum, in quo tanta esset ingenii vis ac pulchritudo, tantus in omnibus, quae proderet, generosae et excelsae mentis vigor, tanta amplitudo doctrinae, integritas animi et candor, morum denique suavitas, qua omnium voluntates alliceret et in maiorem sui admirationem raperet, hunc, inquam, eodem mox fato oppressum esse, et, cum ne summa quidem senectute decessurus sine bonorum querimonia fuisset, oppressum esse in ipso integrae aetatis cursu, florentem adhuc viribus deque litteris praeclare merendi studio occupatum felicissimo. Quanquam quid ego mortem queror immaturam? in qua quidquid acerbitatis et iacturae inest, non ad Niebuhrium, sed ad nos pertinet, quibus eo non amplius frui licet. Ille satis, dum viveret, nominis existimationi consuluit et virtute effecit sua, ut non annorum numero, nec spatio aetatis vita eius censeatur, sed fama et meritum laude ac grata piaque memoria, quae tamdiu infixae haerebit in animis hominum, quamdiu litteris ipsis et honor et nomen constabit. At sentio me impetu quodam doloris, cuius est in

ipsa desideratissimi viri recordatione remedium aliquod et levamen positum, longius abripi atque ab eo, quod huic volumini praefari institui, aberrare. Quare, ut ad propositum me referam, indicandum est, eiusdem Niebuhrii beneficio et incredibili, quo totius Byzantini operis et utilitati et decori prospexit, studio effectum id quoque esse, ut, cum antea Cantacuzeni textus unius tantum Parisini codicis auctoritate niteretur, novum iam, idque valde a nobis, cum primum volumen edebamus, expetitur, rei criticae praesidium suppeteret, cuius ope emendatio huius scriptoris paullo certius institui posset. Cognoveram nimirum e censura tomi primi, a Spengelio V. D. in Seebodii *Bibl. Crit.* a. 1829. num. 87. sqq. facta, asservari in Monacensi bibliotheca codicem illum Bavaricum, unde Pontanus Cantacuzenum aliquot annis ante latine edidit, quam graeca e Parisino codice prodirent. Cumque lectionis specimina, inde enotata, satis ostenderent, non inutilem eius conferendi laborem fore, facile Niebuhrius a liberalitate Lichenthaleri, viri humanissimi, qui bibliothecae Monacensi praeest, impetravit, ut liber huc mitteretur. Est autem codex saeculi XVI., chartaceus, forma maxima, foliis 606. constans, scriptura nitidissima. In margine exhibet lectionum varietatem satis amplam, cuius longe maxima pars ex codice vetustiore deprompta est; quaedam correctoris ingenio debentur. Diligentissime igitur hunc librum, quem Monacensem vocavi, cum Parisina editione contuli; qui quantum mihi pro-

fuerit emendandique operam meam levaverit, nihil attinet dicere: res ipsa docebit. Quoties enim vitia, quibus Cantacuzenus, qualis e Parisino codice prodiit, passim inquinatus est, ad huius fidem correxi, aut si quid prorsus omissum erat antea, inde supplevi et integritati suae reddidi, sedulo faciendum curavi, ut Parisini libri dissensum indicarem. Ubi utriusque codicis lectionem annotatam reperiēs, ibi scito, quod in textu legitur, coniectura a me restitutum esse; quanquam id et parcissime feci, et ea semper, ut debui, moderatione, ut nihil quidquam ex ingenio mutarem, nisi ubi res certissima videretur. Quin etiam in eo genere quaedam servavi, quae nunc correcta mallet, velut p. 21, 19., ubi pro eo, quod uterque codex habet *προσιστάμενον*, non dubito, quin emendandum sit *παριστάμενον*. Vid. p. 207, 3. 237, 10. Deinde scribendum est p. 80, 4. non *θεοῦ συναιρουμένου*, sed *θεοῦ συναιρομένου*, ut in eadem formula apud nostrum saepius. Reliquum est, ut moneam, quidquid variantium lectionum in duobus prioribus libris codex Monacensis habet, insertum iri volumini tertio, quod mox prodibit.

Scr. Bonnae mens. April. a. 1831.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

IOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBER III.

PERIOCHA.

Hic liber caeteris multo maior, cum proximo superiore connectitur. Causae indicantur, cur narranda, quae deinceps sequuntur: veritas promittitur. Magni domestici in palatio custodiendo diligens provisio: a quo et urbium provinciarumque praefecti monentur, ne quid novi incipiant. Imperatoris Andronici magna sepultura ac sacra funeralia (Cap. 1). Patriarchae ambitio. Anathematismus in eos, qui mortuo Imperatore de filiis eius male meruerint. Iterum de ambitione patriarchae. De Sismano exule reddendo consultatio: Chumni in domesticum contumeliae. Binae de transfuga sententiae (2). Domestici in defunctum Imperatorem amor. Gubernationi nuntium mittere vult (3). Imperatricis lacrimatio et de sua viduitate filiorumque orbitate querimonia. Domesticum neglecti officii coarguit (4). Ea et patriarcha praesentibus, disertissime suspicionem affectati imperii a se depellit. Aliter ad gubernacula rediturum negat, nisi imperatrix fidem dederit, calumniatoribus non credituram (5). Utrisque iuratur. Iurat eidem patriarchae (6). Sismanum Moesorum regi repetenti abnuat magnus domesticus, cuius prudentia se ingenti metu liberatam, cum proceribus laetatur imperatrix (7). Quid militem segniorem fecerit. Patricius quidam tabellio ad usum rei publicae grandem pecuniam offert. Stipendia et redditus militum expleuntur. Ad pugnam ardent animi (8). Domesticus imperatricem de filio Ioanne coronando monet et contra ratiocinantes refutat. Lydiae satrapae Thraciam incurstanti occurrunt. Domesticus in occidentem ducturus, cum Orchane pacem iungit. Mentem imperatricis ex patriarcha explorat. Ab eadem laudatur blandeque monetur, ne se conficiat tantis laboribus, neu de sumptu suo eroget. Eleganter respondet, ut viri virtutem cognoscas. Byzantio cum copiis discedit (9). Ex urbibus Thraciae senatores et praesidia ad expeditionem evocantur. Moesus foedere innovato domum abit. Persae praedabundi apud Chersonesum caeduntur, fugantur. Apocauchus tyrannidi studens deprehenditur: in arcem suam Epibatas confugit. Domesticum de rerum humanarum mutabilitate admonet. Eius pium ac solidum responsum (10). Latini Peloponnenses se subiiciunt cum conditionibus: quorum legati a do-

mestico honorifice habiti. Apocauchus Sennacherim subrogatur. Conspiratio et legatio praefectorum occidentis (11). Crates Macedoniae infestus. Magnus domesticus Peloponnesiacae expeditioni antevertendum, ideoque Byzantium revertendum censet. Excipitur a Byzantinis: imperatricem luctu et morbo afflictam consolatur: quid egerit, quid acturus sit exponit (12). Ad palatium nobiles et milites clamose cum patriarcha de honore domestici iurgantur. Imperatrix iurgantibus, triplici eorum peccato demonstrato, veniam dat (13). De poena Apocauchi cum domestico deliberat: eius natales et status pristinus. Quomodo idem Apocauchus Xenam, Imperatoris matrem, adversus domesticum concitarit. Invitatus domesticus ad communionem purpurae et imperii recusat (14). Metu mali obrectatores domestici in eius se gratiam restituere desiderant et imprimis Apocauchus, cui supplicii cum seria admonitione ignoscitur. Quo pacto ille idem propter praefecturam fisci non obtentam turbas fecerit et in domesticum praesente imperatrice invecus sit (15). Eum et imperatricem placat, Epibatis egredi non audet. Domestici ad Byzantios de pace cohortatio. Filiam Imperatori despondere differt. In itinere se Apocauchus ei permittit: cum matre domestici collocutus, ut se magis re, quam verbis, benevolam praestet, admonetur (16). Animum patriarchae subit, domesticum falso accusat, imperatricem adversus domesticum irritandam suadet et rationem proponit. Asanes pro filiis sexennium carcere detentis rogat (17). Domesticus operam pollicetur. Socerum contra generum Apocauchus inflammat (19). Coniurati sigillatim apud imperatricem domestici nomen defecerunt. Singuli reiiciuntur. Postremo eo adigitur, ut iudicio arcessendum putet, quem patriarcha indicta causa damnandum arbitratur (20). Idem imperatricem periculi gravitate deterret vehementerque suspicionem auget. Asanes accusationem concludit (21). Dolet et angitur imperatrix atque in sententiam calumniatorum propendens, iis se cum liberis flens commendat. Mater domestici cum filio minimo natu et uxore alterius filii domi velut in carcere clauditur. Apocauchus urbis praefectus creatus, frustra militem ad diripiendas et evertendas domestici aedes mittit; cuius amici, qui periculi vitandi ex urbe fugerant, imperatrici se excusant, redeundi veniam orant. Gabalas praevaricatur (22). Qui Byzantio fugerant, Didymotichi quae acta sint narrant. Legatis missis iudicium de se domesticus postulat: a ministris Apocauchi male accipiuntur. Idem domesticus hostis declaratur (23). Per litteras Imperatricis vicariatu iubetur abire. Quid agendum sit, militibus bellum flagitantibus, quaeritur. Oratio longiuscula domestici, qua crimen occupandi regni refellit. Ad imperatricem profectus, eius se arbitratui permittere cogitat (24). Proceres rectius rebus consulturum censent, si purpuram induat. Iis renitens, tandem rei publicae causa eorum voluntati obsequitur (25. 26). Didymotichi palam capit ornatum imperatorium cum faustis acclamationibus. Quaedam futurorum praesagia. Episcopi Didymotichensis visum et eius viri laus (27). Imperator rursus ab se suspicionem tyrannidis removet; militibus uxores ac liberos habentibus missionem dat; retentos in agrum Byzantium mittit, eodem brevi venturus urbemque invasurus. Narratio longior de malis, quae Adrianopoli ex seditione ob novum Imperatorem extiterint. Item calamitates per Romanum imperium propter eundem (28). Adrianopolitani Alexandri, Moesorum regis, opem invocant: cuius adventus Cantacuzeno multum obest. Moesi praedones a Romanis partim caeduntur, partim capiuntur (29). Opes Cantacuzeni

diripiuntur; eorum immensitas explicatur. Contra eam socer Andronicus Asanes dux deligitur. Vastatur provincia. E Zernomiano praedatores apud Didymotichum trucidantur. Adrianopolim Imperator tendit. Pincerna Pamphilo accersitur. Hebrus congelascit. Pamphilensium scelus. Byzantii Cantacuzenus contumeliose admodum per ora traducitur. A patriarcha anathematismo percellitur: imperatricem et archontas honorat (30). Tribus praefectis, se celatos moleste ferentibus, factum suum de habitu et nomine Imperatoris probare contendit. Syrges, Pherarum praefectus, eius bona ad se avertit. Protostrator immutatus, Thessalonicam traditurum promittit. Chreles, dynasta Triballus, ad occidentem invitat, opem suam spondet. Vincunt, qui in consilio prius occidentem, quam Byzantium petendum sentiunt (31). Cantacuzenus uxorem cum filiabus Didymotichi relinquit; urbi et suburbio praefectos dat cum praesidiis. Bera castellum in gratiam monachorum intus degentium sine vi capitur. Batatzis timor in Imperatore persequendo. Anastasiopolis dicta ab Andronico iunior Peritheorium obsidetur. Batatzis mendacium (32). Epistola Cantacuzeni ad patriarcham, qua se pacis cupidissimum demonstrat. Tabellarius carcere multatur. Imperatrix feminis suis Cantacuzenum excusat ac defendit deque eo honorifice loquitur. Resciscens id Apocauchus, coniuratos super imminente periculo monet. Imperatrici iuramentum indicere statuunt, ipsis nolentibus de pace nihil tentaturam (33). Apud eam adversus Cantacuzenum agunt acriter, praesertim patriarcha. Iurat et diu noctuque per coniuratos et famulos custoditur, quibus, ut dicta eius referant, aurum datur. Cantacuzenus e monte Atho monachorum sanctissimos evocat, quorum existimatio imperatrici pacem persuadet: sed religione a compositione impeditur (34). Patriarcha et socii monachis irascuntur: inter eos conflare discordias student: primores duriter habent. A protostratore nuntius. Peritheorium oppugnatur. De muro sunt convicia Cantacuzeno: conviciator ab eodem christiane accipitur. Oppidani consilio perversi hominis deditionem retractant. Imp. Thessalonicam abit (35). Ioannes, Andronici filius, adolescens Byzantii coronatur. Coniurati dignitatibus ornantur. Patriarchae fastus. Apocauchus summum imperium sibi arrogat: propinquos Cantacuzeni iugulat: eius matrem in carcerem usque ad mortem saevissime affligit: quam miseratur imperatrix. Theodorae, sororis Andronici iunioris viduae et monachae, in moribundam et mortuam caritas. Inventae pecuniae magnitudo et distributio Gravis in Cantacuzenum calumnia. Contra eundem Apocauchus classem in occidentem parat (36). Syrges itinera Thessalonicam obsidens deluditur. Polystylus munitur. Protostratoris monitio et Chrelis responsio. Imperatoris angustiae. Syrges, Monomachus et episcopus metropolitani ad castra Cantacuzeni exploratores mittunt. Per litteras ad eos datas suam innocentiam tuetur: de iuramenti causis disserit: eos improbitatis convincit (37). Melenicum Cantacuzenus occupat. Chrelis ex formidine cunctatio: eius adventu exercitus laetatur. Protostratoris anceps animus. Thessalonicae Zelotarum (ea erat factio Palaeologi) nefanda scelera. Protostrator cum optimatibus fugatus, agrum populatur. Cantacuzeni afflictio. Byzantini Thessalonicam magnis copiis ingrediuntur. Cum exilibus consultatio (38). In concione dicendae sententiae cuique sit potestas. Aliis tergiversantibus Imperator Thessalonica recedendum, nec ad caetera desperandum pronuntiat: Rhentinae praesidium augendum, Thessalonicam incursandam: quo facto

Thessali, Acarnanes, reliqua item continens in potestatem veniat. Quidam Thessalonicenses deficiunt. Byzantini nobiles rebus suis metuentes, iter eius conantur impedire. Axius fluuius exundat. Exercitus Gynaecocastrum redit (39). Apocauchus ad ostendam potentiam insulas circumvectus, ob id ipsum Thessalonicam adnavigat. Protostrator ad eum desciscit. Imp. in desertores, ut ignavos, invehitur. Apelmenes ingratus et superbus (40). Protostrator obiurgatur, cui puer Asanes commendatur. Ostendit Imp., in quantis difficultatibus versetur: militum animos erigit: ad principem Triballorum pro auxilio eundem suadet. Discedentes Apocauchus insequitur, non tamen pugnatur. Transfugas Imp. excipit equites ab Apocaucho (41). Edessam obsidione Triballorum liberat. Zimpanus quidam pecuarius Imp. legatos vinctos Apocaucho dedit. Quid passi sint. Munifice ac perhumaniter a duobus dynastis accipitur Imperator. Scopiam venit (42). Eundem Liberus Triballus Crali conciliat. Is cum uxore occurrens, magno illum honore suscipit et regaliter tractat. Ab eo auxilium petit: ille societatis mercedem urbes occidentis usque a Christopoli postulat. Recusat Cantacuzenus et quasi parum ingenuum honorisque studiosum tangit (43). Prudens oratio Helenae Cralaenae de adiuuando hospite cum conditione tolerabiliore. Imp. suorum consilium de concedendis, quae Crales petat, repudiat (44). Ambo praesente archiepiscopo in certas conditiones iurant. De Chrele Triballo inter utrumque contentio. Cur is ad Cralem reverti noluerit. Melenicus Chreli deditur. Rhentinam castellum Syrges occupat. In deditiis saevit (45). Apocauchus Polystyli quid egerit: quid Didymotichum scripserit: quid ei et quam aculeate ac libere responsum sit. Byzantini redeuntem cum gratulationibus et plausibus excipiunt. Pro libidine imperat. Irene, uxor Cantacuzeni, cum fratre Manuele in timore est (46). Militum et ducum fides exploratur. Comitopulus constantiam suam proficitur. Iuratur. Nuntius ab Imperatore cum eius cereo sigillo (47). Didymotichi suburbani in urbanos insurgunt. Fugantur. In exilium voluntarium concedunt; eorum domus destruuntur. Episcopi vaticinium eventus probat. Triballos principes promissi auxilii poenitet: obsidem Cantacuzeni filium poscunt: Liberus filiam suam eius filio desponsam cupit (48). Imperator cum auxiliariis Triballis quid apud Pheras egerit. Syrges ad sceptrum Armeniae vocatur. Pheraeorum obstinatio. Morbus in exercitu multos exstinguit. Christopolin praesidium ab Apocaucho mittitur. Ad Triballos abiturientes praeclara Imperatoris concio. Romani tumultuantes increpantur. Plurimi Christopolin se conferunt. Ducum ibidem periurium. Redeuntes Imperator suscipit (49). Eorundem ducum impudens de Cantacuzeno mendacium: inde Byzantii publica laetitia. Quae et quanta multi illic propter Cantacuzenum pertulerint. Praefectorum saevitia. Factum humanissimae Persae cuiusdam in flagellis laceratos. Impostor quidam sacrae confessioni illudit. Ad falsos nuntios denuo Deiparae aguntur gratiae (50). Crales Imperatori repetenti Edessam statim restituit. Apocauchus frustra Didymotichum movet. Emphythium obsidet; Scytharum incursum territus, obsessionem relinquit. In Scythas abeuntes Scopelenses stulte et infelici exitu se inferunt. Apocauchus belli administrationem genero tradit (51). Anna imperatrix a Crale Cantacuzenum petit: urbes in praemium spondet. Triballorum procerum commemorabilis in illum fides (52). Thessali se Cantacuzeno subiiciunt ultro. Ioannem Angelum eis praetorem praeficit, quem in bulla commendat:

multas ei condiciones praescribit et a se affectati imperii suspicionem removet (53). Didymotichum vocatus venturum promittit. Quo scopo Apocauchus et Crales convenire voluerint. Illius in Cantacuzenicis crudelitas. Quare imperatrix stratopedarchae consilium respuerit (54). Ad Pheraeos de deditioe Cantacuzeno facienda Crales cohortatio. Praefracte abnuunt eiusdemque Cantacuzeni legatum atrociter nactant. Militibus Didymotichum anhelantibus obsequitur Imperator. Agrum Pheraeorum Crales depopulatur. Triballi auxiliares in Thraciam sequentes quales fuerint. Pro meliori auxilio reverti volentem Imperatorem ad Cralem milites cogunt Didymotichum vadere. Circa litteras Didymoticho ad eum perscriptas prodigium. Ad Triballos reditus. Protostrator praevaricationis suspectus se purgat. Byzantinorum ad reversionem Apocauchi gratulatio. De Cantacuzeno mendax rumor. Apocauchus quosdam includit in custodiam (55). Irenes imperatricis oratio. Ad Moesorum regem de societate legatio et eius ludificatio. Quantam is calliditatem adhibuerit in copiis Didymotichum missis. Moesorum ducum versutia. Episcopi cohortatio et praedictiones. Persae advenientes Moesos fugant. Amuris satrapa ut exceptus ab imperatrice Irene, illiusque in Imperatorem eximius amor, ad quem proficiscitur (56). Pheraeorum in commentitiis litteris, quibus decipitur Amurius et domum redit, pessimum facinus. Frigore enecti Persae una nocte quingenti. Didymotichenses praedatores algore semimortui ad hostes confugiunt et quomodo ab iis habiti. Oppida Irene imperatrici dedere se volentia cur non recepta. Mire anxium Imperatorem Arbenus, homo obscurus, consilio levat de Berrhoea occupanda. Crales opem promittit. Per legatos accersitur Imperator, cui Craleana suos milites Germanos attribuit (57). A Berrhoeotis plaudentibus excipitur: a Thessalonica obtinenda per plebem et Zelotas impeditur. Crales perfidia. Germanorum in Imperatore tuendo fidelitas. De Axio flumine transeundo. Duorum filiorum Cantacuzeni encomium (58). Agrestis quidam Triballorum insidias eidem indicat et ad flumen vado transeundum praeit. Germani Berrhoeae donativum accipiunt. Insidiatores ad Cralem deferuntur: quorum duces Imperatori ad poenam deduntur, quibus ignoscit. Apocauchus Cralem contra Imperatorem incendit: simulate agit: cui Imperator uberius respondens, eius scelera carpit, periculum demonstrat, ignaviam deridet (59). Apocauchus consilium quaerit. Monomachus Cantacuzeni felicitatem praedicat, timorem iniicit, pacem suadet (60). Crales ab Apocaucho instigatus, Cantacuzenum ad consultationem dolose invitat, a quo deluditur. Idem Berrhoeotas ad defectionem sollicitans, acerbissimas litteras accipit. Imperator etiam tertium a sagittario laedi non potuit: cui veniam petenti ignoscit et cum donis dimittit (61). Apocauchus consultat. Gemina sententia Monomachi. Denuo vasrum eiusdem consilium. Persarum ad Berrhoeam latrocinia. Apocauchus in Pepagomenum saevit (62). A Cantacuzeno ex Asia evocatur Amurius. Fictus nuntio contristatur. Eiusdem insignis oratio, qua causa expeditionis, studium iuvandi Cantacuzeni, amor et sollicitudo propter eum declaratur: milites ad laborem inflammantur: exustis navibus per continentem gradiendum suadet. Vento secundo classis tota in Macedoniam desertur (63). Persae Thessalonicensem agrum vastant. Provinciae Crales cavet Imperator: cum copiis Thessalonicam accedit. Anurii occurus. Zelotarum in Cantacuzenicis crudelitas. Peritheorii obsidio. In captivum Imperatoris humanitas. Legati amborum ad imperatricem

Annam de pace (64). *Cantacuzeni legatus foede crudeliterque accipitur. Apocauchi maledicta. Amurius quare litteras sibi redditas ad Imperatorem detulerit. Episcopi Didymotichensis praedictio. Castella Meropes et pecuarii se dedunt; quibus Momitzilus praeficitur: cuius mores describuntur* (65). *Didymotichum ad Imperatorem cum Amurio venit. Thraciae urbes refractariae puniuntur. Morbus Amurii. Praesidium missum Adrianopolin, illiusque Didymotichum infelix excursio. Amurius mortem in conflictu evadit. Alexandro Moesorum regi, pro auxilio dantur urbes novem: eius tergiversatio. Qua ratione coniurati Persas e Thracia educere conati sint. Eos incassum nititur retinere Amurius: de quo apud Imperatorem conqueritur, reditumque ex Asia cum militibus melioribus pollicetur* (66). *Eum hortatur Imperator, legationem Byzantium mittat, quo naves et pecuniam ad reditum adipiscatur. Principes Constantinopoli Amurium de abiectioe reprehendunt, naves cum pecunia promittunt. Defendit se. Locus de discrimine servitutis* (67). *Imperator divinitus a Persis praedonibus liberatur. Eius pugna cum obsessoribus Asomati et victoria. Discessus Amurii: et quare is discessus Imperatori commodaverit. Gratianopolis obsidio. Smyrna a Latinis capta* (68). *Ab eius praefecto Angelitze non modica pecunia. Episcopi Didymotichensis obitus. Alexandri a Morrha recessus* (69). *Momitzilus Persicas naves tres incendit. Persae, qui apud Cantacuzenum, custodes suarum navium interfectos ulcisci ardent. Eis Imperator Romanos adiungit; eius regiunculam depraedari iubet. Momitzilus improviso adventu Imperatorem terret: cuius milites fugiunt: ipse cum paucis strenue se tuetur. Lantzarethi famuli in dominum mirus amor et fides. Momitzilus ab Anna imperatrice despota renuntiat; quem Cantacuzenus insuper data supplicii venia Sebastocratore creat. Persae in Asiam redeunt* (70). *Palaeclogus Imperator aegrotat. Moesus, rupto foedere, Apocauchus mittit auxilia. Callidum Imperatoris consilium. Gener Apocauchi in Hebro summersus. Didymoticho repellitur: Morrham vastat. Momitzilus sibi principatum proprium meditando, a Cantacuzeno et imperatrice Anna deficit* (71). *Archontes sive imperii pro puero Imperatore et vidua administratores miserum rei publicae statum dolent: imperatrici pacem suadent. Moleste fert Apocauchus, patriarchamque et Gabalam, magnum logetham, se visentes ad suas partes reducit: imperatricem castigat: Gabalae filiam despondet* (72). *Apocauchus de integro Cantacuzenum in imperatricem irritat: ac rursus, quamquam submissus, dominatur. Legationis ad eum mittendae auctor est. Mittuntur simul binae epistolae, quibus significatur gaudium de eius voluntate imperii deponendi: ut falso nar-raverat Apocauchus. Conditio ei proponitur, qua veniat* (73). *In acta Imperatoris inquiritur; bene praefuisse communi docetur. Longior Imperatoris oratio, qua archontibus ignobilitas et imprudentia obicitur et rei publicae status deploratur. Respondet praeterea ad id, quod patriarcha eum ad reditum invitans, poena soluturum dixerat, et de vi anathematis disputat. In fine ingens pacis desiderium* (74). *Pheraei veniam et opem ab Imperatore flagitant et consequuntur. Ex ipsis mutabilitatis fortunae humanae documentum: quorum exemplo Byzantii terrentur, et non posse imperium defendere. multis probatur. Ostenditur item, Annam imperatricem sui iuris non esse. Chrysobergis, legati Imperatoris, constantia adversus minas et verbera. Archontum invictus animus in arcano reticendo. Garellae deditio. Rursus pacis petito* (75). *Castella quaedam se*

dedunt. *Batatzao ab Imperatore defectio et reversio: eius remuneratio. Sultani satrapae liberalitas. Cur pranderet in Thracia prima luce Imperator. Chorae cives maledicentiam terrae motu luunt. Muri reaedificantur, quibus perfectis ad pertinaciam redeunt (76). Magnus dux iterum copiis praeficitur: Cantacuzenum conatur occidere. Mutuae litterae, illius minaces, huius exprobratoriae. Argutia in voce olzta. Derisio senis, ut imbellis. Iuxta Byzantium Persarum vastatio fervet. Apocauchi fastus. Urbes Thraciae praeter duas se dedunt. Imperatoris in illorum praefectis dimittendis humanitas et liberalitas. Comparatio inter Cantacuzenum et archontas (77). Urbes ad Pontum Imperator infestas habet. Amicium Adrianopolin accersunt. Eorum stultitia et poenae. Imperatrix urbem recuperat Manuel, Apocauchi filius, praefectus deficit: accipitur ab Imperatore benigne et honoratur. Acta apud Bizyam (78). Amzas Persa socium ad Imp. occidendum subornatum prodit, quem ille liberum dimittit. Bizyenses se tradunt. Annae imperatrici et filio eius, deinde Cantacuzeno et uxori ut Imp. Bizyae et alibi acclamatur, omniumque mentio in sacris usurpatur. Plura oppida se subiiciunt. Bizyae praefectura Manuelli Asani datur. Protostratoris caeterorumque Apocauchi amicorum miserima conditio. Apocauchi astus, quo ignaviae opinionem vitare studebat, salse irridetur acriterque vituperatur (79). Fraus, impostura et nequitia admirabilis, qua idem Apocauchus Gabalam vita privare enisus est (80). Orchanes Cantacuzeno se adiungit. Capta ad Pontum aliquot oppida. Somnium Manuelis, filii Imp. Veniente ad urbem Cantacuzeno, Apocauchi timiditas. Ager Byzantinus, miserante Imp., devastatur (81). Galataei causam et originem belli huius sciscitantur: quibus a principio narrat omnia Imp., ut se innocentem testetur. De advocatis item Persarum auxiliis se defendit (82). Aregus monachus legatus omni culpa belli eum absolvit. Eius prudentiam laudat Imp., de adversariis conqueritur: si se Imperatorem et collegam esse sinant, quod facturus sit aperit. Amor in rem publicam. Quibus conditionibus abdicare se imperio velit (83). Aregus orationem commendat: dicta Byzantium renuntiare iubetur. Apocauchus arma et vota indicit. Quaedam oppida ab Imperatore subiguntur. Epistola Apocauchi et patriarchae de abdicatione Imperatoris. Aregus graece indoctus deluditur. Eam Imperator italice interpretatur: ambo stomachantur (84). Apocauchus frustra Empyriten obsidet: in portoriis exigendis nihil consequitur: ab aulicis proceribus dissimulanter irridetur. Aregus ad illum contemnit accedere: de impietate et imprudentia accusat: imperatricem Imperatori excusat. Imperator infestus Byzantium veniens recedit. Adrianopolis et aliquot finitima oppida in potestatem concedunt. Cum tribus dedititiis, quorum duo praefecti, quid actum (85). Quare Amurius ad Imperatorem non redierit. Concessu Sarchanis per Lydiam, inde per Hellespontum transit. Persarum in Moesiam impressio. Momitzilus cum parte exercitus sui caeditur, reliqua capitur. Imperator illacrimat. Momitzilus humanae fortunae exemplum. Xanthienses suorum funeribus lugent: urbem tradunt. In Momitzili coniugem Imperatoris clementia (86). Cralem ut foedifragum ulcisci decernit. Pheraens Romani ad defectionem impellunt. Minuter Crali, ni Pheris abscedat ad foedera violare desinat. Imposturae Apocauchi repetuntur. Continentem relinquere statuit: tyrannis eius in Byzantios. De carcere, quem in palatio Constantini aedificare aggressus est. Affinitatem imperatricis per filiae nuptias cum eius filio*

quaerit et litteris sub eius nomine ad pontificem Romanum conflictis, periculum ei magnum constat. Clementis sexti responsum. Quid facturus Apocauchus, si dolus non procederet (87). Odium in illum commine. Urget aedificationem carceris et a vinctis obruncatur. Amicorum et uxoris Imperatoris litterae de eius nece et invitatio Byzantium, urbisque occupandae indicata commoditas (88). Persae duces persuadent Cantacuzeno, uti statim cum omnibus copiis Byzantium tendat. Uxor Apocauchi in Epibatas migrat. Imperator culpam amissarum urbium Macedoniae in Persae duces confert, cum quibus in Macedoniae redit. Sulimanus moritur. Amurii provinciae suae a Sarchane timens, domum revertitur. Crates Pheras occupat et se Imperatorem, filium Cralem appellat (89). Batatzes iussus fines Byzantinos incursat: ad imperatricem immodica honoris cupidine transit. Causa, cur Imperatrix a pace sic abhorruerit. Batatzen ad se revocare quamobrem laboravit Imperator. Eius praeclarum quoddam visum. Batatzes a Persis propter Imperatorem occiditur. Empyrite imperatrici transitur. Phrangopolus quidam, invito Imperatore in castra adductus, a veneno eum servat (90). Hieracem sibi moliri interitum, non credit primum: quem deinde officii admonet. Cum Archontibus iterum ut proditor agit. Idem facit Paraspondylus et duas ob causas Hieracis nomen ad Imperatorem defert. Qui in pugna vulneratus, ad castra perducitur. Byzantium profugit; ibi de caede Imperatoris non obita causam dicit. Studiosi Imperatoris Byzantii iam manifesti ad eum perfugiunt. Hierum paene occupatum ac mox per negligentiam amissum (91). Adrianopoli Cantacuzenus coronatur. Ioanni, patriarchae Constantinopolitano, ab episcopis, Imperatore annuente, sacris interdicitur. Primores et exercitus Matthaeum filium Imperatorem designari rogant: quod Imperator sapienter recusat (92). Thessalonicensium caedes. Palaeologus praefectus a Ioanne Apocaucho interficitur. Zelotarum scelus et impietas. Quidam eorum a populo mactantur; unus per forum trahitur. Apocauchus pro Cantacuzenico se gerens, Zelotas punit: defectionem ad imperatricem simulat: patre mortuo aperte Cantacuzeno favet: Thessalonicam ei, concilio suffragante, tradit (93). Ad Cantacuzenum legati. Quenam Thessalonicenses a filio eius petentes impetrarint. Andreas Palaeologus et Cocalas populum ad arma sollicitant. Apocauchus et socii carcere ac vita multantur. Humanus adeps comeditur. Matthaeus filius rem contra Hieracem in Thracia feliciter gerit (94). Patriarcha Constantinopolitanus a papa declaratus, Smyrnae ab Amurio Persarum satrapa, iugulatur. Chii compulsi Genuensibus se dedunt. Phaceolatus, capta iam Chio, cum triremibus suis Byzantium redit: Genuensem onerariam intercipit. Imperatrix Mpalicis, Carbonae principis, opem impetrat. Eius fratrem Tomprotizam exercitus Romani ducem facit. Orchani Theodora, Imperatoris filia, apud Selybriam solennibus cum caerimoniis nuptum traditur. Eiusdem matronae eximia virtus (95). Speculatores submissi ex Ponticis urbibus, quorum indicio sicarius deprehenditur. Imperatrix ad Sarchanis, Lydiae satrapae, auxilium confugit. Amurii techna ad succurrendum Imperatori. Persae a perfidioso facto cohibiti: obvios capiunt et spoliunt. Duces eorum ab Imperatore convivio excipiuntur: iique praeternavigantes et conviciantes Byzantios sagittis petunt. Byzantii, eorum defectione perspecta, redeunt. Donatis ducibus, Persae domum remittuntur: Moesiam depraedantur: Imperator excusatur. De Romanis hostibus et auctoribus malorum omnium gravis querimonia (96).

Monomachus ad caedem Imperatoris subornatus, monentibus amicis deprehenditur. De efficacitate veneni ab eo parati historia notabilis. Zyraces et Phaceolatus de urbe tradenda cum Imperatore agunt. Microcephalus ab his Selybriam hac de causa mittitur, quem Archontes eodem ob aliam causam mittunt (97). Ratio, cur imperatrix Anna a patriarcha alienata, alte repetita. Eiusdem patriarchae furor in damnandis puniendisque episcopis, a quibus apud Imperatorem accusatur. Synodus in palatium indicitur (98). Adventus Cantacuzeni Byzantium nuntiatus, nec ab imperatrice creditus. Dolor et sollicitudo Cantacuzeni de amicis, ne discrimen adierint. Portam auream perfodiunt ad ingressum. Patriarcha gradu movetur. Cantacuzenus cum plausu populi urbem intrat. Imperatrix palatium communit: Galataeos auxilio vocat. Imperator coram episcopis et primariis de clero suam causam agit: ad imperatricem mittit, qui doceat, quam periculoso loco eius res sint (99). Commendatur virtus Imperatoris. Imperatrix legationem despicit. Palatii propugnatores defectionem cogitant. Ioannis filii suasu imperatrix se Imperatori Cantacuzeno submittit. Asanes socer legatus ab eo ut ingratus culpatur. Palamas, alter legatus, de constantia praedicatur. Conditiones pacis et utrimque iuramenta. Cantacuzenus palatium ingreditur (100). Hic liber ut reliquos mole, sic praecipuis quibusdam et maxime notandis capitibus superat. Sunt autem ista fere. Funus et exequiae Imperatoris Andronici minoris. Dolor et lacrimae imperatricis viduae propter abdicationem magni domestici, eiusdemque ad imperii administrationem regressio. In Sismanum exulem ac supplicem Byzantinorum humanitas. Fraudes inexpiabiles et scelera Apocauchi in magnum domesticum, quibus illum in summas saepe difficultates ex invidia coniecit. Pro rei publicae incolumitate a magno domestico induta purpura. Eiusdem varia nec levia infortunia. Pax ab eo frequentissime petita nec impetrata. Honores magnificentissimi in eum a Crale collati et eiusdem Cralis perfidia. Amurii Persae, satrapae Ioniae, mirificus ac perpetuus in Cantacuzenum amor eiusque iuvandi studium incitatissimum. Duarum mulierum, Irenes imperatricis et Helenae Cralacnae prudentia et magnanimitas. Diligens admodum et crebra defensio Cantacuzeni contra calumniatores de non factis insidiis imperatrici ac filiis eius nec affectata tyrannide. Res gestae adversus Momi-tzilum, eiusque pugna et interitus. Constantinopolis a Cantacuzeno capta et ibi eiusdem pietas, prudentia, aequitas, clementia.

α'. Τὰ μὲν δὴ τῶν Παλαιολόγων βασιλέων, ὅσα τε περι- A. C. 1341
τῆς ἀρχῆς πρὸς ἀλλήλους διηρέθησαν, καὶ ὅσα καθ' ἑαυτὸν ὁ νέ- P. 348
ος μετὰ τὸν πρεσβύτερον τῶν πραγμάτων παῦσαι τῆς ἀρ- V. 283

3. τὸ add. M.

1. Quemadmodum igitur Palaeologi Imperatores inter se contenderint, et quae separatim iunior, postquam senior imperio abivit, contra barbaros armis gesserit, quo modo domi semper rem publicam

A. C. 134. *χῆς πρὸς τε βαρβάρους πολεμῶν καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους διετέλεσε Β πολιτευόμενος, ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, καὶ ἡ πρόθεσις ἡμῶν πέρας ἔσχηκεν ἢ ἔξαρχῆς, πάντα σὺν ἀκριβείᾳ καὶ μετὰ ἀληθείας ἀπαγγέλλασιν ὡς ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ νέου τελευτὴν ὁ χαλεπώτατος τῶν πώποτε μνη-5 μονενομένων τοῖς Ῥωμαίοις πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ἀνεῳχθῆναι, ὃς ὀλίγου δεῖν πάντα ἀνατέτραφε καὶ διέφθαρκε, καὶ τὴν εὐδαιμόνα καὶ μεγάλην τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν ἀσθενεστάτην καὶ ὡσπερ εἶδωλον ἀπέδειξε τῆς προτέρας, ἀναγκαῖον ᾤηθη καὶ τὰ κατὰ τοῦτον τὸν πόλεμον γεγεννημένα 10 ἔξηγησασθαι, οὐ μόνον ἔν' εἶδειεν οἱ μετέπειτα, ὅσων κα-
C κῶν αἴτιος ὁ φθόνος, οὐ τοὺς φθονομένους μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐξαφανίζων τοὺς φθονοῦντας, ὡσπερ τὸν σίδηρον ὁ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενος ἴος, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ νῦν τοῖς πράγμασι παρόντες τάληθές εἰδέναι ἔχητε, καὶ μὴ ταῖς 15 ἔξωθεν φήμαις, μηδὲ τοῖς παρ' ἑκατέρων τῶν μερῶν ἢ ἑαυτοῖς χαριζομένοις ἢ τοὺς ἐναντίους διαβάλλουσι προσέχοντες θρυλλομένοις, παρὰ γῆθε δοξάζοντες τὰ μὴ ὄντα. ἄξιον δὲ μετὰ ἀκριβείας ἐμοὶ προσέχειν καὶ μὴ παρέργως. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες, εἰ δὴ τινες εἶεν οἱ συγγραψάμενοι περὶ 20 τοῦδε τοῦ πολέμου, ἢ παντάπασιν ἀπόντες τῶν πραγμάτων, ὅσα ἢ ὄχλος ὁ δημώδης διεθρύλλει ἢ τινες ἕτεροι ἀπήγγελλον, Δ οὐδὲν σαφές εἰδότες περὶ τῶν γινομένων, οἷα παρεδέξαντο*

17. προσέχοντας P.

habuerit, huc usque a nobis explicatum est et promissa ab initio conservata, dum accurate et vere, ut contigerunt, omnia litterarum monumentis complexi sumus. Sed quoniam post Andronici minoris ex hac luce migrationem bellum omnium quotquot unquam litteris exstiterunt perniciosissimum inter Romanos ipsos inflammatum est: unde propemodum omnia prostrata et eversa perierunt, ac beatum illud et amplum imperium imbecillimum et veluti simulacrum quoddam et umbra tantum prioris evasit, necessarium existimavi, etiam eo ipso perpetrata contexere: non solum ut posteritas cognoscat, quantum vim incommodorum invidia importare soleat, quae tam sibi, quam aliis, instar rubiginis ex ipso ferro nascentis ferrumque consumentis, exitiosa est: sed etiam ut praesentes habeant, unde veritatem percipiant: ne peregrinis rumoribus neve iis, quae ab utraque parte vel ad suum decus per gratiam vel ad adversariorum dedecus per calumniam disseminantur, animos advertentes circumducantur, falsa pro veris opinantes. Erit autem operae pretium non oscitanter, sed studiose mihi dare operam. Nam caeteri omnes, si qui huius belli historiam composuerunt, aut neutquam interfuerunt: quaeque sive multitudo popularis sive alii qui-

ταῖς ἀκοαῖς, τοιαῦτα καὶ τοῖς μετέπειτα ἐξέδωκαν μηδὲν φρον-**A. C. 1341**
 τίσαντες τῆς ἀληθείας. ἢ εἰ καὶ συνεστρατεύοντο τοῖς βυσι-
 λεῦσιν ἑκατέροις, ἀλλ' οὐ δῆπου γε βουλῆς μετεῖχον, οὐδὲ
 τῶν ἀπορρήτοτέρων ἦσαν κοινωνοί, ἄλλως τε οὐδ' ἐφ' ἅπα-
 ὤσι παρόντες τοῖς πραττομένοις, συνεχοῦς καὶ πολυχρονίου γε-
 γενημένον τοῦ πολέμου· ἐπὶ πέντε γὰρ ἔτεσι διήρκεσεν·
 ἐμοὶ δὲ οὐδεμίαν τινὰ τοιαύτην ἔχοι τις ἂν ἐπενεγκεῖν αἰτίαν.**P. 349**
 τοῖς γὰρ τῶν πραττομένων αὐτουργοῖς συμπαραὼν αὐτὸς, τὰ
 μὲν οἶδα παρ' ἑμαυτοῦ, τῶν δὲ ἀκριβῆ τὴν γνώσιν ἔσχον,
10 αὐτῶν ἀπαγγειλάντων τῶν πραξάντων, διὰ τὸ πολλὰς καὶ
 συνεχεῖς ἐφ' ἅπαντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τὰς μεταβολὰς
 ὑπομεμενημένοι· ὥστε εἰκὸς μὴ τῶν πραττομένων μόνον,
 ἀλλὰ καὶ βουλευμάτων ἀπορρήτων καὶ δόλων καὶ ἐπιβουλῶν
 καὶ ὅλων πάντων καὶ τῶν πραττομένων φανερῶς καὶ τῶν
15 ἀφανῶς κατασκευαζομένων ἀγνοεῖν μηδέν. οὐ μὴν ἀλλ'
 ὅπερ ἔφην ἐξαρχῆς, οὐδὲ τῆς ἀληθείας προστήσομαι οὐδέν·
 ἀλλ' ὡς αὐτὰ ἔσχον τὰ πράγματα ἀπαγγελῶ, πλὴν εἰ μήπου
 τι παρήσομαι ἐκὼν τῶν ὅσα τισὶ λοιδορίαν ἢ μέμψιν εἰρημέ-**B**
 να ἐμποίησει. οὐ γὰρ ἐμοὶ φίλον τὸ τινὰς κακηγορεῖν, κἂν**V. 284**
20 εἰ πάντες εἶδεῖεν ἄνθρωποι. ἦν δὲ ποῦ τι φαίνωμαι διηγού-
 μενος μὴ ὡς δοξάζουσιν οἱ πολλοί, οὐ χρὴ θαυμάζειν. οὐ
 γὰρ τὸ μὴ ταῦτά τοῖς πολλοῖς φθέγγεσθαι φεύγων, λογοποι-
 ῆσω τα μὴ ὄντα, ἀλλ' ὡς ἔχουσι τὰ πράγματα ἀπαγγέλλων,

dam iactarunt, persecuti sunt: nihilque rerum gestarum liquido
 compertum habentes, qualia auribus acceperant, talia nullo ad
 veritatem respectu posteris tradiderunt: aut si etiam sub utrovis
 Imperatorum militarant, non utique consiliorum participes neque
 arcanorum conscii fuerunt. Deinde nec omnibus coram assuerunt,
 cum continenter et diu, nempe totum quinquennium, arma dura-
 verint. Mihi vero huiusmodi culpam aliquam nemo obiecerit. Nam
 iis, qui ea fecerunt, ego praesens, alia per me ipsum novi, alia
 ex ore ipsorum, a quibus acta sunt, ad unguem didici. Et cum
 frequentes continentesque toto eo tempore mutationes fuerint, veri-
 simile est, non gestorum modo, sed et consultorum arcanorum et
 fraudum insidiarumque et prorsus omnium, quaeque palam acta
 quaeque occulte comparata sunt, nihil me fugere. Verumtamen
 quod in vestibulo operis mei sum pollicitus, veritati nihil anteferam:
 sed ut res evenerunt, ita eas explanabo, excepto quod alicubi pru-
 dens praeteribo, quae nonnullis convicio aut vituperationi esse pos-
 sint: non enim mihi amicum est cuiquam conviciari, etiamsi mor-
 talium nemo rem ignoret. Quodsi interdum quaedam secus quam
 multi opinantur videbor exponere, ne sit mirum. Non enim dum vito
 eadem cum multis dicere, nova comminiscar: sed res ut se habent
 commemorans, vulgi opiniones ut falsas valere iubebo. Mortuo

A. C. 1341 χαίρειν εἴσω τὰς δόξας τῶν πολλῶν ὡς ψευδομένας. τετε-
 λευτηκότος τοίνυν τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου, ἡ αὐ-
 τῷ σύζυγος Ἄννα ἡ βασιλὶς εἰς τρίτην μὲν ἡμέραν διεκαρ-
 τέρησεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ὀδηγῶν. μετὰ τοῦτο δὲ ἐν βασιλεί-
 C οἰς γενομένη, ἐπέσθησεν ἐφ' ἡμέραις ἑννέα, πάντων ὀσημέ-5
 ραι πρὸς τὰ βασιλεία παραγινομένων, οὐ τῶν συγκλητικῶν
 μόνον καὶ στρατευομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὅσοι Βυζαντιῶν
 ἦσαν ἐν λόγῳ καὶ κοινῇ τὸν ἀπελθόντα θρηγούντων βασιλέα.
 δομέστικος δὲ ὁ μέγας ἔξ αὐτῆς ἡμέρας, ἧς ἐτελεύτησεν ὁ βα-
 σιλεὺς, οὐδαμῇ τῶν βασιλείων ἀπέστη, ἀλλὰ τῶν τε οἰκείων¹⁰
 καὶ τῶν βασιλικῶν πεντακοσίους ἔχων, οὓς ἐγκατέστησε τοῖς
 βασιλείοις φρουρὰν, διὰ πάσης ἐπιμελείας ἐποιεῖτο καὶ σπου-
 δῆς τῶν ἴσως νεωτεριούντων ἀπαμβλύνειν τὰς ὁρμάς. μετὰ
 δὲ τὴν ἐνάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι συνήθως γενενη-
 μένων ἰλασμῶν, τὴν μὲν φρουρὰν τὴν πολλὴν ἐξέβαλε τῶν¹⁵
 D βασιλείων, ὀλίγους καταστήσας, ὅσοι καὶ πρότερον ἔξ ἔθους
 ἦσαν. αὐτὸς δὲ οἴκοι γεγονῶς, συνήθως ἐπεμελεῖτο τῶν
 πραγμάτων· καὶ τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένοις τῶν ἐπαρ-
 χιῶν καὶ τῶν πόλεων παρήγει διὰ γραμμάτων ἀτρεμεῖν καὶ
 μηδὲν νεωτερίζειν, ὡς τῆς τε καλοκαγαθίας καὶ τῆς εἰς βα-20
 σιλέα εὐνοίας ἀξίας ἀποληψομένοις τὰς εὐεργεσίας, καὶ τοῦ-
 ναντίον, ἦν τι νεωτερίζοιεν, τίσουσι δίκας. καὶ τοῖς τῶν δη-
 μοσίων συνεισφορῶν τὴν εἴσπραξιν ἐγκεχειρισμένοις ἐκέλευε
 κακουργεῖν περὶ τὰ χρήματα μηδὲν, ὡς οὐδὲν ἔλαττον ἢ βα-

6. πρὸ P. 22. τις P.

igitur Andronico iuniore Imperatore, Augusta triduo in monasterio Hodegorum mansit. Postea in regiam regressa, diebus novem luctui se dedit, cum quotidie omnes, non senatores modo ac duces, sed quotquot Byzantii eminebant, accederent et defunctum Imperatorem communi lamentatione prosequerentur. Magnus porro domesticus ab eo ipso die, quo Imperator animam edidit, a palatio nusquam discedebat: sed quingentis partim suis, partim imperatoriis in eo ad custodiam collocatis, summum studium diligentiamque impendebat: ut si qui fortasse res novas attentarent, eorum conatus infringeret. Post diem nonum, peracta, ut assolet, pro defunctis piaculari caerimonia, custodes e palatio dimittit (paucis retentis, quot nimirum et antea esse consueverant), ipse domi, ut semper, rei publicae animum intendebat, et urbium provinciarumque rectores per litteras monebat, ne rebus novis studerent; utpote huius suae probitatis et egregiae in Imperatorem voluntatis condigna praemia accepturos: contra si quid machinarentur, poenas daturus. Quae storibus item mandabat, ne quid sceleris in pecunia designarent, quod nihilo minus, quam Imperatore vivo, rationes relaturi essent. Atque ad

σιλέως ζῶντος περι αὐτῶν παρεξουσι εὐθύνας. καὶ τοῦτον A. C. 1341
 τὸν τρόπον ἐν πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις ὑπὲρ πεντακο- P. 350
 σίας ἐφ' ἐκάστης πέμπων γραφᾶς, εἰς τοσοῦτον εὐταξίας καὶ
 εὐπειθείας τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους πᾶσαν κατέστησεν ἡγεμονίαν,
 5 ὡς δοκεῖν καινὸν μηδὲν συμβεβηκέναι, ἀλλὰ ζῆν ἔτι βασιλέα
 καὶ τοῖς πράγμασιν ἐφεστάναι. οὐδὲν γὰρ οὔτε μικρὸν οὔτε
 μέγα ἐκινήθη, πλὴν οἱ κατὰ Θετταλίαν μόνοι νεμόμενοι Ἀλ-
 βανοὶ, αἰσθόμενοι τὴν βασιλείως τελευτήν, τῶν ἐκεῖ κατέδρα-
 μον πόλεων καὶ ἐλήϊσαντο οὐ πολλά. ὅπερ ὁ μέγας δομέστι-
 10 κος πυθόμενος, κατὰ τάχος ἔπεμψε τοὺς ἀγγελοῦντας Ἀλβα-
 νοῖς, ἢ τὴν λείαν ἀποδιδόναι καὶ μηδὲν νεωτερίζειν ἔτι, ἢ εἰ
 μὴ πείθονται, ἐκδέχεσθαι αὐτὸν χρησόμενον ὡς πολεμίους.
 οὐ δὴ καὶ ὑποπτήξαντες τὴν ἀπειλήν, οὐ μόνον τὴν λείαν B
 ἀπέδωσαν τοῖς ἡδικημένοις, ἀλλὰ καὶ ἡσυχίαν ἄγειν ἐπηγγεί-
 15 λαντο τοῦ λοιποῦ, εἰ μόνον ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις λήψον-
 ται συγγνώμην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγω ὕστερον. μετὰ δὲ
 τὸ μέγαν δομέστικον ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε ἐλθεῖν, κήρυκες
 ἐφοίτων αὐτοῦ κελεύσαντος εἰς τὰς περὶ Βυζάντιον πόλεις καὶ
 κόμας, πάντας ὅσοι τοῦ ἱεροῦ καταλόγου καλοῦντες πρὸς τὴν
 20 Κωνσταντίνου πόλιν ἐφ' ἡμέρα ῥητῆ, ὡς τῶν ὑπὲρ τοῦ τετελευ-
 τηκότος βασιλέως τελεσθησομένων ἱλασμῶν. καὶ συνῆλθε πλήθος
 ἱερέων τοσοῦτον, ὥστε τὸν νεὼν τῆς Σοφίας τοῦ Θεοῦ, μεγέθει μέγ-
 στον ὄντα τῶν ἐπὶ τὸν ἥλιον ἀπάντων, ἐλάσσω τῆς χρείας τότε δο- C
 κεῖν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀκριβῶς πεπληρωμένον τῶν ἱερέων. ἐπεὶ δὲ

hunc modum diebus plus triginta missis epistolis amplius quingen-
 tis, ad tantum ordinem obedientiamque Romanum imperium univer-
 sum redegit, ut nihil novi contigisse, sed Imperator adhuc aura
 vesci et praeesse rebus videretur. Nulli enim nec parvi nec magni
 motus audiebantur: nisi quod Albani in Thessalia, morte Impera-
 toris intellecta, urbes illic incursabant et, quamquam non admodum,
 depraedabantur. Quo comperto, magnus domesticus quam primum
 eo nuntium expedit. Albanis imperat, aut praedam restituant ac
 de caetero se contineant: aut si iussa detrectent, se apud ipsum in
 hostium loco futuros sciant. Quibus illi minis exterriti, non solum
 praedam spoliatis reddiderunt, verumetiam posthac nihil tale ausu-
 ros promiserunt, modo huius peccati gratia sibi fieret. Verum hacc
 paulo post acciderunt. Postquam magnus domesticus e palatio do-
 mum concessit, praecones eius missu vicos et oppida Byzantio vi-
 cina concursant, omnem clerum Constantinopolim ad diem praefixam
 propter defunctum Imperatorem funebribus sacris expiandum
 evocantes. Confluxerunt tanti greges, ut Sophiae templum, omnium
 quae sol adspicit spatiosissimum, ad praesentem usum haud satis
 capax appareret, a sacerdotibus confertim repletum videlicet. Ubi

- A. C. 1341 καὶ ἡ προθεσμία παρῆν τῶν ἱλασμῶν, ἐτελοῦντο ἀθροῦσως καὶ
 V. 285 τεταγμένως οὕτως, ὡς δοκεῖν ὀλίγους τινὰς εἶναι καὶ εὐαριθμη-
 τούς τοὺς τελοῦντας. οὐδὲ γὰρ ἄσημὸς τις ἐξηκούετο θροῦς,
 οἷον ποιεῖν φιλεῖ τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἐξαισία τις εὐαρμοστία
 καὶ συμφωνία μέλους, πάντων ἐφεξῆς τοὺς ἱερούς ἀδόντων
 ὕμνους. καὶ ἦν οὐκ ἐκπλήξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡδονὴν τὸ
 θέαμα παρέχον, κατάλογος ἱερὸς ὁρώμενος τοσοῦτος ἅμα τοῖς
 ἱεράρχαις, στολαῖς ἱεραῖς κεκοσμημένοι καὶ μίαν τελοῦντες
 τελετήν, ὑφ' ἐνὶ καθηγεμόνι τῷ πατριάρχῃ τεταγμένοι. λαμ-
 D πάδων δὲ περιοσίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ πολυτελείᾳ τῆς παρασκευῆς 10
 καὶ τὰς πώποτε ὕμνουμένας παρηκόντισε τῶν ἑορτῶν. ἀνα-
 λώματα δὲ τὰ ἐπὶ τούτοις καὶ τοὺς τῶν ἱερέων μισθοὺς, φι-
 λοτίμως μάλιστα γεγεννημένους ἐκάστω κατ' ἀξίαν, οἴκοθεν
 ὁ μέγας δομέστικος παρέσχετο αὐτός.
- P. 351 β. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν ἱλασμῶν τοιαῦτα ἐγεγόνει. αὐ-15
 τὸς δὲ εἶχετο τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως ὡσπερ καὶ πρό-
 τερον, μηδένα ὑποπτεύων περὶ οὐδενός. τῷ πατριάρχῃ δὲ
 οὐκ ἤρκει μένειν ἐπὶ τοῖς προτέροις, ἀλλ' ἐδόκει δεῖν ἀντέ-
 χεσθαι τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικήσεως, ὡς αὐτῷ προσ-
 ηκούσης ἐκ τοιαύτης δὴ τινος αἰτίας. ἔτι περιόντιος βασι-20
 λέως οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸ τῆς τελευτῆς συνεβούλευεν ὁ μέ-
 γας δομέστικος αὐτῷ πατριάρχῃ πεῖσαι ἐπιτίμιον ἀνατείναι-
 σθαι καὶ χωρισμὸν τῆς ἐκκλησίας τῶν πιστῶν, εἴ τις τετε-

dies placandis manibus dicta illuxit, omnia adeo citra tumultum tantoque ordine peracta sunt, quasi qui peragebant pauci ac numeratu faciles essent. Neque enim saltem obscurius murmur, quale in frequentia solet, sed admirabilis quaedam, omnibus alternatim sacros hymnos modulantibus, concinnitas atque convenientia vocum exaudiebatur: nec stupori tantum, sed voluptati quoque erat hoc spectaculum, dum ita ingens sacerdotum multitudo cum episcopis, induta sacris vestibus, sub uno patriarcha duce, iisdem ritibus fungeretur. Lampadum vero copia reliquique apparatus amplitudo omnium dierum festorum, qui unquam memorabiles exstiterunt, magnificentiam splendoremque superabat. Atque in haec et in sacerdotum amplissima honoraria pro cuiusque dignitate sumptum de suo fecit magnus domesticus.

2. Piamina quidem haec fuerunt. Ipse autem magnus domesticus, quomodo antehac, ad rem publicam procurandam incumbebat, de nemine nulla in re quidquam suspicans mali. Patriarcha in sua pelle quiescere non poterat, sed imperii administrationem, ut sibi congruentem, ex causa istiusmodi capessendam iudicabat. Non parum diu ante excessum Imperatori consilium dedit magnus domesticus, patriarchae auctor esset poenam et eiectionem ex ecclesia interminandi, si quis Imperatore mortuo

λευτηκότος βασιλέως ἐπιβουλεύσεις τοῖς ἐκείνου παισὶ καὶ τὴν Ἀ. C. 1341
 βασιλείαν παρέλοιτο ἀδίκως. ἔφασκέ τε πείθειν ἐπιχειρῶν,
 ὡς οὐδὲν ἔσονται τοιαῦτα πράττοντες τῶν ἀτόπων εἰργασμέ-
 νοι καὶ παραλόγων, ἀλλὰ καὶ ὠφέλειαν οὐ μικρὰν τινα πα- C
 5 ρέξονται τοῖς παισὶν ἐκ τούτου, εἴ τι τοιοῦτον συμβαίῃ περὶ
 αὐτούς. πᾶσι μὲν γὰρ ἄδηλον εἶναι τὸ τοῦ θανάτου τέλος,
 ὁπότε ἦξει, μάλιστα δὲ αὐτοῖς αἰεὶ περὶ μάχας καὶ κινδύ-
 νους ἡσχολημένοις. καὶ οὐδὲν εἶναι τῶν ἀδυνάτων, εἰ καὶ
 ἀμφοτέροις αὐτοῖς συμβαίῃ περὶ μίαν μάχην πεσεῖν. εἰ δὲ
 10 τοῦτο γένοιτο, ἀπρονοήτους παντάπασι συμβαίνει λείπεσθαι
 τοὺς παῖδας, μήθ' ἑαυτοῖς ἀμύνειν διὰ νηπιότητα δυναμέ-
 νους, μήθ' ἑτερόν τινα ἔχοντας τὸν προστησόμενον γνησίως
 καὶ ἀδόλως. βασιλεὺς δὲ οὐκ ἐπέθετο ἠφάδως, γνώμης τε ὡν
 ἀγαθῆς καὶ μᾶλλον οἰόμενος προσήκειν ἐπὶ τὴν πάντα δυναμέ-
 15 νην δεξιὰν τὰς ἐλπίδας τῆς τῶν παίδων σωτηρίας ἔχειν, ἢ πρὸς
 σκυλίην ἐπικουρίαν τὴν ἐξ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας ἀποβλέπειν, συνο-
 ρῶν, ὡς καὶ τοῖς πρὸ ἐκείνων βασιλεῦσι τοιαῦτα ἐπινενοημένα ὤνη- D
 σαν οὐδέν. ἔφασκέ τε, ὡς ἡ θεὸς ἄνωθεν χεῖρα σώζουσαν ὑπερέχων
Quod nec mihi, nec illis profuturum existimo. Ad annos igitur, quibus in carcere sunt, adhuc breve tempus, quamquam dolentes, perdurent, donec divino munere ab expeditione rediero. Tum ipse imperatricem eorum nomine precatus, etiam, si opus erit, concepto vadimonio, de custodia exire faciam, et in veterem eos dignitatem fortunamque conabor asserere. Nunc quoniam ad iter paratus est exercitus, his immorandi non est otium: quae ut fiant, tempore indigent. Sed quia negotium urget, nunc in transitu, ut alias saepe, ipsos adibo, nec praesentia solum mea consolabor et necessitati rerum consulam, verum etiam laeta spe implebo, vinculorum solutionem affirmate promittens. Quod quidem illis hoc intervallum tolerabilius, quam prius vel unius diei spatium reddet. His promissis contentus, Asanes gratias ingentes egit.

18. Cubiculi praefectus cum haec intellexisset (erat enim in his indagandis impiger) cum Asane congeditur. Primum quidem se olim eius fuisse servum confitetur: nec fortunam praesentem abiectionis suae prioris memoriam sibi abstulisse asseverat, sed semet numerare in famulis eius, quaeque par est bono domino a servo parata esse studia, eadem se illi, si res exegerit, praestitu-

ἑτοῖμον εἶναι, καιροῦ καλοῦντος, παρασχέσθαι καὶ αὐτὸν A.C. 1341
καὶ πάντα πράττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τε καὶ τῶν παίδων, εἰ δέοι
καὶ ταῖς ἐσχάταις τύχαις περιπίπτειν. ὃ καὶ νυνὶ παρεσκευ-
ακέναι μάλιστα ἦκειν παρ' αὐτὸν, ἅμα μὲν ἂ λυσιτελεῖν
5 αὐτῷ τε καὶ παισὶ νομίζει παραινέσοντα, ἅμα δ', εἴ τι δέ-
οιτο πρὸς τὸ ἔργον καὶ αὐτοῦ, ὅτι προθυμώτατα συναγωνι-
εῖται καὶ χρήμασι καὶ οἰκέταις καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει, ἐκδιδά-
ξοντα. τῶν γὰρ αὐτοῦ παίδων ὑπὸ βασιλέως ἀδίκῃ γνώμῃ
καὶ φθονερᾷ πολὺν ἤδη χρόνον ἐν φρουρᾷ κατεχομένων, P. 406
10 πάννυ μὲν καὶ αὐτὸν ὑπεραλγεῖν αὐτῶν οὐ μόνον ἄδικα καὶ
βίαια πασχόντων, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀρχαίαν εὐνοιαν, ἣν
ἐκείνοις ὀφείλειν καὶ σοὶ τῷ πατρί· μηδὲν δὲ βοηθεῖν ἔχοντα,
στεργεῖν τὴν ἀνάγκην· νυνὶ δὲ ὄρων τὸν ἐπιτηδειότατον ἦκου-
15 ται καιρὸν τῆς ἐκείνων ἐκ τῶν δεσμῶν ἐλευθερίας, μὴ προ-
ῖεσθαι ἦκειν παραινέσοντα. καίτοι γε ἀκηκοέναι, ἔφασκεν,
ἐκ Σηλυβρίας ἦκων, ὡς πολλὰ μεγάλου δομεστίκου τοῦ κη-
δεστοῦ δεηθεῖς ὑπὲρ ἐκείνων, οὐδὲν πλέον ἠδυνήθης, ἀλλὰ
κεναῖς ἐλπίσι μετεωρίσας καὶ φρενακίους, ἀπιὼν ἤχετο, ὡς
ἀπολύσων τῆς εἰρκτῆς, ἣν ἐπανήξῃ τῆς ἐσπέρας. τοῦτο δὲ B
20 εἶσε λέληθεν ὡς ἀπάτη, πάννυ μάλιστα θαυμάζειν ἔχω.
οὔτε γὰρ, βασιλέως ζῶντος, τοὺς γυναικὸς ἀδελφοὺς ἀπαλ-
λάττειν τῶν κακῶν ἀδυνάτως εἶχεν, εἴγε δίκαια καὶ αὐτῷ
προσῆκοντα ἤρξειτο πράττειν, οὐκ ἐλάσσω δυνάμενος ἢ ὕσα

14. δεσμῶν pro κακῶν M. mg.

rum facturumque pro ipso et filiis eius omnia: quamvis se idcirco
ad extremam miseriam devolvendum sciat. Qua maxime de causa et
nunc ad cum venisse: simul ut quae ipsi liberisque eius conducere
putet, admoneat, simul ut, si quid opera sua ad opus indigeat,
promptissime et pecuniis et famulis et quibus poterit rebus, ei se
assuturum doceat. Nam quod filii eius per iniustitiam et invidiam
imperatoris tot iam annis carcere clausi teneantur, incredibiliter se
cruciari, non modo quia inique et dire afflicentur, sed et propter
veterem, quam ipsis eorumque parenti amore debeat. Cum autem
opem ferre nullam queat, necessitatem boni consulere. Ceterum
quia nunc ad eos e vinculis eximendos tempus adsit opportunissi-
mum, se hortatum accessisse, ne id de manibus elabi sinat. Tam-
etsi e Selybria rediens, inquit, audiivi te magni domestici generum
multis etiam precibus non flexisse. Qui ubi te inani spe lactavit
ac delusit, abiit: quasi cum ex occidente revenerit, eos dimissurus.
Hanc vero si non animadvertis esse fallaciam, satis mirari non pos-
sum. Neque enim, imperatore adhuc spirante, uxoris suae fratres
absolvere vinculis non poterat, si modo iustitiae ac personae suae
rationem ducere voluisset, cum potestate imperatoria polleret: hodie

A.C. 1341 βασιλεύς. νυνί τε, ὡσπερ οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς, οὐ τοιαῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μεῖζω πολλῶ καταπράττεσθαι δύναται ἂν, ἀνυπεύθυνον ἔχων τὴν ἀρχὴν καὶ τῶν πραγμάτων αὐτοκράτωρ ὢν. ἀλλὰ καὶ τότε, πείθοιτος αὐτοῦ βασιλέα, κατεῖχοντο δεσμοῦται, τῆς τε ἀνδρίας βασκαίνοντος καὶ τῆς συνέσεως καὶ μὴ παρενδοκιμηθεῖη παρ' ἐκείνων, δεδοικότος· καὶ νῦν οὐδὲν ἦτιον διαενόηται παρ' ὄλον τὸν βίον κατέ-
 C χειν ἐν δεσμοῖς. τοῦτο δὲ οὐ στοχαζόμενος εἶπον, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδώς. οἶσθα γὰρ, ὡς πολλῆς εὐμενείας ἀπολαύων παρ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἀποδότητων κοινωνῶν αὐτῷ, ὧν διὰ τὴν εἰς 10 ἡμᾶς εὐνοίαν καταπεφρόνηκα νυνί, πάντα ἀκριβῶς σύννοίδα αὐτῷ, ὅθεν οὐδ' ἀπιστεῖν ἔμοι χρεῶν, ἀλλὰ βουλευέσθαι τὴν ταχίστην, ἕως ἐστὶ καιρὸς, οὐ μόνον τοὺς παῖδας ἀπαλλάτ-
 V. 329 τειν τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ σεαυτῷ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, σοὶ μάλιστα προσήκουσαν τῶν πάντων, περιποιεῖν. τοῦτο δ' ἔτε- 15 ρον τρόπον ἀδύνατον γενέσθαι, εἰ μὴ πρότερος ἐκείνος ἐκβληθεῖη τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς. ἐκεῖνο δὲ πάλιν ἐτέρως Δοῦκ ἐγγωρεῖ, εἰ μὴ αὐτὸς ἐκπολεμώσεις ἐκείνῳ βασιλίδα, ὡς ἀρπάζειν τὴν βασιλείαν διανοουμένου κατεῖπων καὶ αὐτὴν καὶ παῖδας διαφθεῖρειν. ἀξιώτατος δ' ἂν εἴης πιστεῦσθαι 20 παρ' αὐτῇ, οὐ μόνον ὡς τὰ βεβουλευμένα τῷ γαμβρῷ σαφῶς εἰδώς, ἀλλ' ὡς καὶ φύσεως αὐτῆς ὑπὲρ τῆς εἰς ἐκείνην εὐ-

19. βασιλίδα P.

vero (id quod nec te latet) non talia solum, sed multo quoque maiora potest, quando gesti imperii rationem non reposcitur et habet, quae vult statuendi auctoritatem plenam atque liberam. Quia ille tum quoque imperatorem impulit, ut in vincula traderentur, cum eorum virtuti prudentiaeque invideret ac, ne claritate nominis ab his superaretur, metueret. Nunc nihilo minus quoad vixerint, in custodia eos relinquere cecrevit. Haec non ex coniectura, sed ex certa scientia a me dicuntur. Nosti namque, quo loco apud illum fuerim; quomodo item arcana sua mihi credere solitus sit; quem honorem iam vestri studio contempsi. Omnium eius secretorum in primis conscius sum. Quare non mihi deneganda fides, sed mox, dum tempus sinit, conferenda consilia, non tantum, quomodo filii aerumna leventur, sed etiam, quomodo imperium tibi prae omnibus maxime aptum et conveniens acquiras. Quod aliter fieri neutiquam potest, quam si ipse prius imperio deturbetur. Atque hoc rursus non erit, nisi tu Augustam hostili illius odio imbuas: accusando, inquam, quasi qui imperium rapere ipsamque cum liberis trucidare machinetur. Tribuetur autem tibi fides maxima, tum quia socer generi cogitata et sensus probe scias, tum quia naturam ipsam prae studio in illam et filium imperatorem parvi pendere visus eris. Tametsi dixerit aliquis, ruinam

νοίας καὶ τὸν παῖδα βασιλέα δοκῶν καταφρονεῖν. καίτοι γε A.C. 1341
 φαίη τις ἄν, οὐδὲ τὴν ἐκείνου κατάλυσιν καὶ φθορὰν ἄδο-
 λὸν σοι καὶ καθαράν τὴν ἡδονὴν παρέχειν, οἷα δὴ τῆς θυ-
 γατρὸς ἐκείνῳ συνατυχοῦσης. τοῦτο δ' ὅσην ἔχει τὴν διαφο-
 ρὰν, ἔξεστι παράλληλα θέμενον τὰ πράγματα σκοπεῖν. οὐ P. 407
 γὰρ ὅμοιον, τοὺς μὲν τῶν παίδων ὡσπερ κατορωρούχθαι
 ζῶντας, τοὺς δὲ παρ' ἄξιαν πράττειν κακῶς καὶ ἐνδεῶς καὶ
 ἀνελευθέρως ζῆν, καὶ γένος ὑπ' ἐκείνου πᾶν ὡσπερ δοῦλον
 ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι, καὶ αὐτὸν οὐδὲν ἀμείνω πύσχειν
 10 οὐδὲ τῆς πρὸς πάντας συμπαθείας, καὶ μιᾶς ἀτυχησάσης
 θυγατρὸς πάντ' ἐκεῖνα λελύσθαι τὰ δυσχερῆ καὶ σὲ δύνα-
 σθαι οὐ γένος μόνον καὶ οἰκείους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους
 φίλους λαμπροὺς ποιεῖν καὶ περιδόξους, πάσης ἔξ ἐκείνου
 μετενηνεγμένης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς εἰς σέ. τίς γὰρ, ἐκείνου
 15 πεπόντος ἢ καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένον, σοῦ μᾶλλον δικαιο-
 τερος, ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἶναι, οὐκ ἀνδρῖα μόνον καὶ πο-
 λέμων ἐμπειρία, ἀλλὰ καὶ λαμπρότητι γένους καὶ συνέσει καὶ B
 τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οὐκ ὀλίγῳ τινὶ τῷ μέσῳ πάντας Ῥωμαί-
 ον παριόντος. ἐγὼ δὲ πρὸς ἅπαντα προθύμως συναγωνι-
 20 οῦμαι, τάξιν ἐπέχων ὑπηρέτου καὶ πρὸς πᾶν τὸ κελευόμενον
 ἐτοιμότατα ἔχων ὑπακούειν. οὐ δὴ, πρὸς τοιοῦτον ἰσχυρό-
 τατον ἀνταγωνιστὴν ἀποδνόμενον, περὶ ψεύδους καὶ ἀληθεί-
 ας ἀκριβολογεῖν χρεῶν, ἀλλὰ πρὸς ἓν μόνον, τὴν ἐκείνου κα-

4. τὴν add. M. 5. τιθέμενον P.

cuis atque perniciem haud puram et liquidam tibi voluptatem praebituram, filia tua calamitatis eius socia. Atqui permultum differe haec duo, ex comparatione perspicere licet. Non enim simile est, filiorum tuorum alios quasi vivos sepultos esse, alios indigne miseros esse vitamque illiberalem et inopem vivere, item genus ab illo totum velut servum: pro libidine versari tractarique, ac te ob commiserationem erga omnes nibilo illis melius habere: et una filia infortunata, carere malis istis omnibus teque non genus tantum et propinquos, sed alios praeterea amicos, toto Romanorum imperio inde ad te translato, illustrare et inclitos reddere posse. Quis enim illo aut in praelio oppetente aut imperio defecto, iustius te illud capessat? qui non fortitudine dumtaxat et artibus bellicis, sed et splendore familiae et ingenio et aliis ornamentis Romanos omnes longe multumque antecellis. Ego vero ad omnia socium me libens merito offero et instar ministri iussis tuis ubique summa voluntate obediam. Ac sane cum ad talem pugnam fortissimumque certatorem accedas, mendacium veritatemque in his accuratius discutere et examinare, nihil necesse est; sed neglectis ceteris, hoc unum studere, ut ille imperium amittat: si modo quippiam pru-

A.C. 1341 τάλυσιν, προσήκον ἀφορᾶν· τάλλα δὲ μηδὲν ἠγεῖσθαι, εἰ μέλλεις τι τῆς σῆς συνέσεως καὶ στρατηγίας ἀξιόχρεων ποιεῖν. ὄρωμεν δὲ καὶ τῶν στρατηγῶν τοὺς μάλιστα συντεωπιότους
 Cουκ ἀεὶ τῇ παρῶσῃα χρωμένους καὶ κατὰ στόμα τοῖς πολεμίοις ὑπαντιῶντας, ἀλλ' ἔστιν οὗ καὶ ἀπάταις χρωμένους καὶ δόλοις καὶ μηχαναῖς τισι, καὶ μάλιστα, ἥνίκα δέη φοβεροῖς τισι καὶ δυνατωτάτοις συμπλέκεσθαι πολεμίοις. καὶ οὐδεὶς αὐτῶν κακίξει τὴν ἀπάτην, ἀλλὰ καὶ θαναμάζομεν ἅπαντες, οἷα δὴ πλείω τῆς συνέσεως ἢ τῆς ῥώμης δυναμένης κατορθοῦν.

V. 330 19. Τοιαῦτα καὶ πρὸς ἐκεῖνον εἰπὼν καὶ πείσας, ὄρκοις τε ἀσφαλισάμενος, ὡς νῦν τε προθυμώτατα συναγωνιέται καὶ, καταστάντος πρὸς τὴν ἀρχὴν, ἐν ὑπηρετοῦ τελείσει μοῖρα, μόνον βουλευέσθαι καταλιπὼν, ὅπως ἂν τὸ σπουδαζόμενον κατορθωθεῖ, ἐπὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐχώρει Κωνσταν-15 τῖνόν τε καὶ Ἰσαάκιον τὸν μέγαν δοῦκα. καὶ πρῶτα μὲν ὄκτειρε τῆς παρ' ἀξίαν κακοπραγίας καὶ ἐπέκει συναλγεῖν. ἔπειτα καὶ ὠνειδίξε τὴν ἐθελοδοουλείαν, καὶ τὸ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ῥαθύμως βιοῦν καὶ ἀνειμένως, καὶ μηδὲ νῦν
 P. 408 γοῦν, ὅτε καλῶς ποιῶν παρέσχετο ὁ χρόνος τῆς μεγάλου 20 δομεστίκου χρονίου δουλείας ἀπαλλαγῆναι, προσήκον εὐγενέσι καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσι διανοομένους τι. καίτοι βασιλέως μὲν ζῶντος, στέργειν ἐξ ἀνάγκης ἦν, πολλὴν ἐκεῖνου τὴν ῥο-

1. μέλλοις P. 18. ἐθελοδοουλείαν P.

dentia tua et quae in te est scientia imperatoria dignum praestare velis. Videmus autem duces prudentissimos non semper libere loqui et lingua hostibus occurrere; sed aliquando etiam ad fraudem et dolum et quasdam machinas confugere: praecipue quando cum hoste formidabili ac potentissimo res futura est. Nec illis quicumque eas fraudes vitio dat, verum admiramur omnes, quasi in calliditate quam in robore ac viribus maius momentum sit.

19. Ita locutus iuramentoque addito, se et nunc adiutorem fore paratissimum, et ubi ipse imperium adeptus fuerit, in loco ministri operas ei daturum, persuasit: solumque deliberare sinens, quomodo, quod studebatur, prospere succederet, ad fratres eius Constantinum et Isaacium magnum ducem abiit. Ac primum quidem indignam eorum fortunam miseratus, mutuum doloris sensum prae se ferebat. Deinde voluntariam eis servitutem exprobrabat, quod tam ignaviter ac remisse libertatem quaerent, et neque nunc saltem, quando adesset fortiter faciendi opportunitas, aliquid pro nobilitate et ingenuitate sua, ad diuturnum magni domestici iugum excutiendum animis agitent. Quamquam enim superstite imperatore necessitati repugnari non potuerit, propterea quod in eum

πην αὐτῶν χαριζομένον καὶ οὐδαμῶς ἐλαττω ἢ ἐκεῖνος δύναιτο A.C. 1341
 σθαι παρασκευάζοντος. νυνὶ δὲ τί τὸ κωλύον, ζῆλον ὑπὲρ
 βασιλείας τοῦ παιδὸς ὑποκριθέντας, συμβουλευεῖν βασιλίδι,
 πρὸς γένους τε ὄντας καὶ προσήμοντας διὰ τὴν εὐγένειαν πι-
 5 στεύεσθαι, καταλύειν ἐκεῖνον καὶ τῆς ἀρχῆς ἀποχειροτονεῖν,
 ὡς ἀρπάζειν διανοούμενον τὴν βασιλείαν καὶ αὐτὴν καὶ φίλ-
 τατα ἀποκτινύναι καὶ Ῥωμαίων τυραννεῖν. οὐ γὰρ δήπου B
 γε ἂν προτείνεται ὑμῖν ὡσπερ δέλεαρ ὑπ' ἐκεῖνου, ἀρχαὶ πό-
 λεῶν τινων καὶ δημοσίων διοικήσεις, ἴν' ἐκεῖνος τὸ μείζον
 10 ἔχη, ὡσπερ δεσπότης ἐπιτάττων καὶ πάντων καταδυναστεύων
 καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων, τοῦθ' ὑμῖν ἀρκέσει πρὸς τὸ
 ἀποστερεῖσθαι τῆς ἐλευθερίας. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὑμᾶς τοῦτο
 κατάδηλον λέληθεν ὄν, ὡς, ἐκεῖνου πεσόντος ἢ ἐκβεβλημένου
 τῆς ἀρχῆς, ὑμῖν ἔξέσται πράττειν ἂν αἰρεῖσθε ἀδεῶς, ἢ
 15 πρῶτους γεγενημένους ἢ μετὰ τοὺς πρῶτους εὐθὺς Ῥωμαί-
 ων. οὐ χρῆ δὲ πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν ἀναδύεσθαι λογιζομέ-
 νους, ὡς ψεύδη καὶ συκοφαντίας ἐρεῖτε. εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν
 οὐδέπω μέχρι νῦν ψεῦδος εἶρητο ὑμῖν, ἦν ἄν τι τοῦτο πρὸς C
 τὸν λόγον. εἰ δὲ πολλάκις ἡμῖν ἅπασιν ὁμοίως καὶ τοῦ τυ-
 20 χόντος κέρδους ἕνεκα ἢ οὐδενὸς καὶ ἐπιορκεῖν καὶ ψεῦδεσθαι
 συνέβη, τί δεῖ τὰ πολλάκις τετολημημένα ὀρῶσθεῖν νυνὶ, οὐ
 μικρὰ τινα, ἀλλὰ τὴν Ῥωμαίων μέλλοντας ἀρχὴν κερδαίνειν;
 εἰ δ' ἀπιστεῖν ἐμοὶ κεκρίκατε τὰ βελτίω συμβουλευόντι, ἀλλὰ

11. ἡμῖν P.

ille totus propendens et potestatem cum eodem communicaverat:
 nunc tamen nihil obstare, quin cognatione iuncti et propter generis
 amplitudinem fide digni, zelum pro filio imperatoris simulent et
 imperatricem eo pertrahant, uti abrogato imperio domesticum ever-
 tat; quippe qui ipsam et dulcissimos eius liberos occidere tyranni-
 demque arripere meditetur. An non enim quarundam urbium prae-
 fecturae et publicorum munerum functiones, quae tamquam esca
 vobis ab illo obiiciuntur, ut ipse maiorem partem habeat et veluti
 herus iubeat atque in omnes, minores maiorisque, dominetur, ad
 amissionem vestrae libertatis sufficient? Pate! enim, nec vos nesci-
 tis, illo vel interfecto vel imperio depulso, nullo metu et impune
 integrum vobis futurum agere pro arbitrato, cum vel primi vel a
 primis Romanorum proximi statim evaseritis. Cogitare autem, vos
 mendacia et calumnias ad imperatorem allaturos, et ita a facinore
 audendo resilire, non oportet. Etenim si usque hodie nullum di-
 xissetis mendacium, esset hoc aliquid. Sin autem nobis omnibus
 aequae et frequenter vel lucelli causa vel gratuito et peiorare et
 mentiri contigit, quae est ista religio, quod tam saepe ausus sis,
 ab eo nunc refugere, praesertim cum non exiguum quiddam, sed

- A. C. 134: τῶ γε ἀδελφῶ πείθεσθαι προσήκει, πρεσβυτέῳ τε τὴν ἡλικίαν ὄντι καὶ μᾶλλον ὑμῶν εἰδότε μεταβολαῖς τε καὶ καινοτομίας πραγμάτων χρῆσθαι προσηκόντως. οἶμαι δὲ κάκεινω
- D περισπούδαστον τὴν μεγάλου δομεστίκου κατάλυσιν εἶναι, οὐ φέροντι τὸν ὄγκον τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ πάντας ἐν ἀνδραπόδων ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι ὑπ' ἐκείνου μοῖρα. ἐγὼ μὲν οὖν ἂ συμφέρον νομίζω, συμβεβούλευκα ὑμῖν. αὐτοὶ δ' εἴτι περὶ εὐδοξίας ὑμῶν αὐτῶν καὶ βίου περιφανείας κεκρίκατε ἐπιχειρεῖν, μὴ
- V. 33: προῖεσθαι ἀναγκαῖον τὸν καιρὸν, ἵνα μὴ, παρελθόντος, οὐδὲν ὠφελώμεθα ἐκ τῆς μεταμελείας. ἐκείνου γὰρ ἀπόντος, ἴσῃστα πᾶν κατορθωθείη· ἂν δ' ἐκ τῆς στρατείας ἐπανέλθῃ, οὐδὲ γούξειν παραινῶ τολμᾶν, ἢ οὐδὲν ἔσται τὸ κωλύσον, τὸ μὴδ' ὅπῃ γῆς διάγετε ἀγνοεῖσθαι. ἐγὼ δὲ οὐ λόγοις ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ ὅρκοις παρέξομαι πίστεις ἰσχυρὰς τοῦ πρὸς τε τοὺς ἀγῶνας προθυμώτατον παρασχέσθαι ἑαυτὸν, καὶ χρήμασι καὶ
- P. 409 ὄπλοις καὶ οἰκέταις συναιρούμενον, καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν ἐκείνου πάντα ποιήσειν τὰ προστεταγμένα ὑφ' ὑμῶν, καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ἐν ὑπηκόον μοῖρα τελέσειν, μηδὲν μηδέποτε πρὸς ὑμᾶς ἀγνωμονήσας." τοιαῦτα εἰπὼν καὶ προσέτι γε ὅρκοις ἀσφαλισάμενος τὰ εἰρημένα, ἐπεὶ κάκεινους εἶχε
20. πεπεισμένους πρὸς τὸ πράττειν τὰ βεβουλευμένα, πρὸς Γαβαλᾶν Ἰωάννην τὸν μέγαν δρουγγάριον ἐλθὼν, ὃς ἦν ἐκ τῆς πρὸς Κράλην πρεσβείας ἄρτι ἦκων, ὑπὸ τοῦ μεγάλου δομε-
6. συμφέροντα M. 18. τελέσειν, μηδὲ δέ ποτε P.

Romanum Imperium lucro vobis apponendum sit? Quod si mea tam utiliter monentis nihil apud vos valet oratio, at fratri vestro et seniori et melius scienti, quem ex rerum mutationibus novitatibusque fructum capere possit, creditote, quem ego ipsum magni domestici exaurationem valde opinor expetere, non ferentem imperantis fastum, per quem omnes ut mancipia ab eo aguntur ferunturque. Ego igitur, quae in rem vestram indicarem, vobis exposui; vos si quid pro gloria nominis vestri et claritudine vitae tentandum censuistis, nolite oblatum tempus negligere, quo praeterlapso, incassum poenitebit. Illo enim absente, expeditissime omnia procedent feliciter: qui si ab expeditione redierit, me auctore ne mutire quidem audebitis: aut nihil prohibebit, quo minus ignoretis, ubi terrarum agatis. Nec ego verbis nudis, sed et sacramento dicto fidem firmam dabo, me in hoc certamine impigerrimum futurum, pecuniam, arma, servos suppeditantem et, eo exaurationato, in omni vita vobis subiectum, imperata vestra facturum, nec quidquam in vos illaudabile designaturum. His dictis et iureiurando stabilitis, quoniam et ipsos ad obtemperandum paratos videbat, ad Ioannem Gabalam magnum drungarium, qui in legatione ad Cralem a magno domestico missus reverterat, accedit: numquid de se audierit,

στίκον ἤρημένος, εἴ τι πύθοιτο ἠρώτα περὶ ἑαυτοῦ. τοῦ δὲ A. C. 1341
 ἀποκρινάμενον, μηδέν· „ἀλλ' ἐγὼ σοι” εἶπεν „ἦκω ἄγγελος
 κακῶν. ὁ γὰρ μέγας δομέστικος τὴν προτέραν εὐμένειαν τὴν
 πρὸς σὲ μεταβαλὼν, πολλῆς ἀναπέπλησται πικρίας. καὶ δῆ- B
 5 λός ἐστὶν οὐκ ἀνεξόχμενος, εἰ μὴ δίκας λήψεται παρὰ σοῦ
 τῆς προδοσίας τῆς εἰς αὐτόν. αὐτὸς γὰρ αὐτοῦ ἀκηκοέναι
 λαιδορίας σοῦ καταχέοντος πολλὰς, φλύαρον καὶ λάλον ἀπο-
 καλοῦντος καὶ ψευδόμενον ὡς τὰ πολλὰ καὶ φθορέα καὶ προ-
 δότην τῶν κοινῶν. ἤρημένος γὰρ ὑπ' ἐκείνου πρὸς τὸν ἄρ-
 10 χοντα τῶν Τριβαλῶν πρεσβευτῆς, παραπρεσβεύσειας δωρο-
 δοκῆσας καὶ τὰ Ῥωμαίων καταπροδοῦς, τὰ ἐκείνων προὔξειας
 καὶ ὄρκους ἐκείνοις παρασχοίης, ὡς μένων παρ' ἡμῖν, πρό-
 ξενος ἐκείνοις εἶης, παντὶ σθένει τὰ ἡμῶν ἀπόρρητα αὐτοῖς
 καταπροδιδούς. δι' ἃ οὐδὲ Ῥωμαίοις ὅλως ἀνέχεται καταλέγειν C
 15 σὲ, ἀλλὰ τῆς μερίδος ἡγεῖται Τριβαλῶν.” καταπλαγεῖς δὲ
 ἐπὶ τούτοις ὁ Γαβαλαῦς, θεὸν τε ἐμαρτύρητο, ὡς οὐδὲν συν-
 ειδοίη τῶν λεγομένων ἑαυτῷ, καὶ οὐδὲ πιστεύειν ὅλως εἶχεν,
 εἰ ὁ μέγας δομέστικος οὕτως ἀπερισκέπτως συκοφαντίας
 τινῶν πιστεύσας καὶ διαβολαῖς, ἐρήμην αὐτοῦ καταγνοίη καὶ
 20 ὀργίζοιτο ἀκαίρως. οὐδὲ γὰρ ὁ παρεληλυθὼς ἤδη χρόνος
 πολὺς, καθ' ὃν τὰ Ῥωμαίων διοικεῖ, τοιαύτην αὐτοῦ κατη-
 γορεῖ φανλότητα καὶ εὐκολίαν τρόπων. παρακοιμώμενος δὲ
 τοῖς εἰωθόσιν ὄρκους ἢ ταῖς ἐπιορκίαις μᾶλλον ἐχρῆτο καὶ
 κατέπειθεν αὐτόν, ὡς οὐδὲν εἶη τῶν λεγομένων πλάσμα,

10. τῶν add. M.

18. εἰ add. M.

percunctatur. Illo negante, At ego, inquit, infelix nuntius tibi
 advenio; magnus enim domesticus antiquam in te benevolentiam
 cum amaritudine, qua plenus est, commutavit; et certum est, non
 temperaturum, quin te ut proditorem suum multet. Ego enim his
 auribus accepi, cum te conviciis affatim proscinderet, nugatorem,
 loquacem, ut plurimum mentientem, constupratorem virginum et
 rei publicae proditorem vocaret. Nam cum a se ad principem Tri-
 ballorum legatus esses missus, legatione perperam functum muneribusque corruptum iurasse, eorum domi procuratorem fore, quantum
 posses, et arcana nostra illis proditorem. Quocirca prorsus non
 Romanum te, sed Triballum numerat. Hoc sermone Gabalas ob-
 stupefactus, deum testari, nihil tale conscire sibi et nequiquam
 credere, magnum domesticum adeo inconsulto quorumdam obtre-
 ctationibus atque calumniis fidem commodare, ut immodice iratus,
 ipsum absentem condemnaret. Cum enim longo iam spatio publi-
 cum negotium gerat, nunquam se huiusmodi vitiorum levitatumque
 notatum esse. Hic Apocauchus ad consueta iuramenta, vel periuria
 potius, se convertere et homini persuadere, nihil eorum fingi,

A. C. 134, ἀλλὰ πάντα ἀληθῆ. παρεγύμνου τε κατὰ μικρὸν, ὡς σύστημα
 οὐκ ἀγεννὲς ἐπὶ καταλύσει ἤδη συσταίῃ τῇ ἐκείνου, οἷς δέον
 Δ' εὐαυτὸν προσειμίαντα τὸ μέρος καὶ αὐτὸν συγκαταβάλλειν, εἴ
 τι μέλοι τῆς οἰκείας σωτηρίας καὶ αὐτῶ. καὶ μὴ συγκαλυ-
 ψάμενος ἔγνω δεῖν ἐκείνῳ ἐμπαρέχειν ἐμπιπλάναι τὸν θυμόν. 5
 πίστεως δὲ τῶν λεγομένων ἔνεκα ἀσφαλεστέρας καὶ τοῦ σα-
 φέστατα εἰδέναι, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ μάλιστα σπουδάξοι καὶ κή-
 δοιτο αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα κατηγγύα, (ἦν γὰρ πρότερον
 τὴν γαμετὴν ἀποβαλὼν,) καὶ ὄρκους παρεῖχεν ἐπὶ τούτῳ ἐγκόλ-
 πιὸν τί τε τῶν ἱερῶν ἀσφαλείας ἔνεκα. ἐπεὶ δὲ κἀκείνον ἦν 10
 προσειληφώς, Χούμῳ πρόσεισι τῷ μεγάλῳ στρατοπεδάρχη,
 ἄλλως τε ὄντι τῶν ἐκείνῳ φίλων καὶ προσήκοντι κατὰ γένος
 διὰ τὴν γυναῖκα. τῆς γὰρ συναφθείσης ἐκείνῳ πρώτως τετε-
 λευτηκίας, ἣ Δισυπάτου θυγάτηρ ἦν, ἐνὸς τῶν τῷ κληρῷ τῆς
 τοῦ Θεοῦ Σοφίας κατειλεγμένων, ἀνεψιᾷ συνήκῃσε τῇ Χού- 15
 P. 410 μων, ἣδη λαμπρὸς ὢν καὶ μὴ ἀπαξιούμενος πρὸς τῶν εὐγενε-
 V. 332 στέρων. διὰ ταῦτα οὖν ἐκείνῳ τῶν ἐπιτηδείων ὢν, ἀνεμίμη-
 σκέ τε προσελθὼν τῶν πρὸς μέγαν δομέστικον εἰρημένων, ὅτε
 περὶ Μιχαὴλ τοῦ Μυσῶν βασιλέως ἐβουλεύοντο υἱοῦ, εἰ δέοι
 ἐκδιδόναι Ἀλεξάνδρῳ ἀπαιτοῦντι, τὸ ἐὰν ἀποκαλυφθῇ τῷ ἐ- 20
 σχάτῳ, σιγάτῳ ὁ πρῶτος. ὢν, ἔφασκε, τὸν μέγαν δομέστικον
 αἰεὶ μεμνημένον καὶ ὡσπερ βέλος περιφέροντα ἐν τῇ ψυχῇ,

16. οὐκ ἀπαξιούμενος M. mg.

vera esse omnia, et subindicare, non ignobilem coetum ad eum imperio movendum iam conspirasse: cui se quoque deberet adiungere ac pro virili parte adiuvare, si modo sua etiam salus illi cordi sit. Denique nihil reticendum putavit, quo illum ira egregie inflammaret. Ad firmandam autem fidem ostendendumque, quantopere eius causa laboraret et quantum satageret, etiam filiam suam ei viduo despondet: quoque securiorem reddat, iurat insuper et bulla sacra donat. Hoc etiam ad numerum aggregato, ad Chumnum magnum Stratopedarcham vadit, qui alioqui amicus et propter uxorem affinitate cum eo devinctus erat. Etenim prima coniuge, Dissypati ministri S. Sophiae filia, demortua, clarus iam et nobiliorum affinitate non indignus habitus, Apocauchus eius consobrinam duxerat: hoc vinculo necessitudinis ei iungebatur. Revocabat autem illi in mentem, quae dixisset, Chumnus inquam, contra magnum domesticum, cum de filio Michaelis Moesorum regis quaereretur, Alexandro petenti dandus esset, nec ne; neque, si revelatum fuerit postremo, primus taceat. Quorum verborum aiebat semper memorem magnum domesticum et tamquam tacitum sub pectore vulnus circumferentem, captare tempus, quo contumeliam pro dignitate penset, cum scilicet ab occidente redierit: sic enim ex ore eius accepisse. Sibi res illius esse carissimas, nec de minimis, sed de

καιρον ζητεῖν, ἐν ᾧ τοῦτον ἀμνησται ἀξίως τῆς ὑβρεως τῆς A.C. 134, εἰς αὐτόν. τοῦτον δὲ οὐδένα ἄλλον εἶναι, ἢ τὴν ἐκ τῆς ἐσπέρας ἐπάνοδον αὐτοῦ. οὕτω γὰρ ἐκείνου φάσκοντος ἀκη- B
 5 περὶ ἐλαχίστων ὁ κίνδυνος, ἀλλὰ περὶ ψυχῆς,) ἦκειν ἀπαγ-
 γέλλοντά τε, ὅσα ἐπυθόμην, καὶ, εἰ βούλει, σωτηρίας ὁδὸν
 ἐφηγησόμενον." ὁ δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα οὐ μετρίως θορυ-
 βηθεὶς, θαναμάζειν, ἔφασκεν, εἰ ὁ μέγας δομέστικος οὐ-
 10 τως ἐξαίφνης τῆς συνήθους καλοκαγαθίας μεταβαλὼν, ἀν-
 τὶ μετρίου καὶ προσηνοῦς ἀπαραίτητος οὕτως ὄφθειν πρὸς
 ὄργην καὶ τοῖς προσκεκροῦκόσι πικρὸς καὶ πρὸς τὰς ἀντι-
 δόσεις ἔτοιμος. οὐδὲ γὰρ ὁ προτοῦ χρόνος τοιοῦτον αὐτῷ
 τὸ ἦθος συμμαρτυρεῖ. πολλῶν γὰρ αὐτῷ προσκεκροῦκό-
 15 των καὶ μεγάλα, οὐδένα πώποτε ἐφάνη ἀντιδρῶν κακῶς. C
 πρὸς ἐμὲ δὲ μετρίως μὲν διὰ τὸν λόγον τετάρακτο ἐκεῖνον,
 ὀλίγη δὲ ὕστερον οὕτως ἀφῆκε τὴν ὄργην, ὡς μηδὲ εἰρη-
 σθαί τι δοκεῖν. Ἀπόκαυκος δὲ „εἰ μὲν ὑποπτεύων" ἔφη
 „τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς, ὡς πειρωμένον, καὶ τὸ προσκρού-
 εῖν αὐθις ἐκείνῳ δεδοικῶς, τοιαῦτα ἀπεκρίνω, ἄλλος ἂν εἴη
 20 λόγος. εἰ δ' ὡς ἀληθῶς οἰόμενος οὕτως ἔχειν, ἴσθι ἀγνοῶν
 τὸ πᾶν. οὐ γὰρ ἡμερος, ὡσπερ ἔφης, καὶ προσηνῆς καὶ περὶ
 μηδένα ἐκεῖνος κακὸς ὄφθεις· ἀλλ' ἐκ πολλοῦ τοῦ χρόνου δύ-
 ναμιν μεγάλην περιβεβλημένον πάντες ἐθεράπευον, καὶ οὐδεὶς
 ἄχρι νῦν, οὐχ ὅτι ἀντειπεῖν, ἀλλ' οὐδ' ἀντιβλέψαι πώποτε D

11. τὰς om. P.

18. ὑπεκρίνω P.

22. τοῦ om. M.

vita ipsa fore periculum. Quare quae cognoverit, se nuntiare et, si velit, iter salutis monstraturum. Chumnuus hac oratione maiorem in modum conturbatus, mirari se dixit, si magnus domesticus ita improvise integritate morum immutata, pro moderato et miti adeo implacabili ira percitus et iis, qui apud se offendissent, tam acerbis atque ad paria remittenda tam promptus appareret: non fuisse antehac tale ipsius ingenium. Quamvis enim multi et graviter eum laesissent, constare tamen, in nullum unquam vindicasse. In se vero propter verbum illud non tantopere exasperatum fuisse, et paulo post sic iram omnem deposuisse, ut nihil audisse videretur. Tum Apocauchus, Si quidem verba mea, inquit, quasi tentantis, suspecta habes et metuens, ne illum denuo offendas, sic respondisti, alia ratio est: sin, quod existimes, rem ita se habere, scias velim te falli summopere. Non enim mitis ille ac placidus, ut dicebas, molestusque nemini: sed quia iam pridem praepotentem omnes colunt ac suspiciunt, hucusque nemo, non dicam, verbo resistere, sed ne vultum quidem eius libere intueri ausus est, ipse vicissim prae-

- A.C. 1341 ἐτόλμησεν· ὄθεν κἀκεῖνος πᾶσι προσφέρειτο μετρίως ὑπεπη-
 χόσι καὶ δεδουλωμένοις ἀκριβῶς. σοῦ δὲ νυνὶ πρῶτον τολ-
 μήσαντος ἀντειπεῖν ἀναφανδόν, οὐκέτι συγκαλύπτειν τὴν κα-
 κίαν οἷός τε ἐγένετο, ἀλλ' ἀπὸ σοῦ κἀκεῖνος ἄρξεται πρῶτον
 τοὺς εἰς αὐτὸν ἀμαρτάνοντας κολάζειν. αὐτίκα τε ὤμνε τὰ⁵
 φρικωδέστατα, ὡς πάντα εἶη, ὅσα φθέγγεται, ἀληθῆ καὶ
 ὡς, εἰ μὴ τὴν ταχίστην ἐνὶ γῆ τῷ τρόπῳ πειροῖτο διασῶζειν
 ἑαυτὸν, οὐδὲν ἐμποδῶν, μὴ καὶ αὐτὸν καὶ πᾶσαν τὴν οἰκίαν
 ἀπολέσθαι. ὁ δ', ὥσπερ ἦν εἰκὸς, περὶ τῶν ἐσχάτων τὸν
 φόβον ἐσχηκῶς, ἐδεῖτό οἱ τρόπον ὑποθέσθαι, δι' οὗ τὰ προσ-¹⁰
- P. 411 δοκῶμενα δεινὰ δυνήσεται διαφυγεῖν. ὁ δ' ἔφρασκεν, οὐ χα-
 λεπὸν μὲν εἶναι καὶ αὐτὸν ἐκ τῶν παρόντων τὸ δέον συνι-
 δεῖν, οὐ τῶν πολλῶν καὶ ἀνοήτων ὄντα, ἀλλὰ τῶν ἐμπειρία
 πραγμάτων καὶ συνέσει τοῖς πρῶτοις ἀμιλλώμενον Ῥωμαίων.
 παραινέσειν δὲ καὶ αὐτὸν, ἃ οἶεται λυσιτελήσειν, μᾶλλον¹⁵
 δ', ὧν χωρὶς σωτηρίας ἀδύνατον τυχεῖν. οἶεσθαι δὲ μηδὲν
 ἔτερον αὐτῷ λυσιτελήσειν καὶ τοῖς ἄλλοις, ἢ πόλεμον ἀρα-
 μένη πρὸς ἐκεῖνον, παντὶ σθένει πειρᾶσθαι καταλύειν τὴν
 ἐκείνου δύναμιν. τοῦτο δ' ἔσται ῥᾶδιον, ἂν βασιλίδι προσ-
 ελθὼν καὶ τὴν εἰς ἐκείνην εὐνοίαν καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν ὑπο-²⁰
- B κριθεῖς, ἀναπεισῆς ἐκεῖνον πολέμιον νομίσαι καὶ ἐπιβουλεύ-
 οντα αὐτῇ πρὸς τὴν ἀρχὴν, φάσκων περὶ ἐκεῖνον ἀκριβῶς
 πεπεῖσθαι τὰ τοιαῦτα καὶ τὴν ἀδικίαν μὴ ἐνεγκεῖν, ἀλλὰ

7. τῷ P.

8. τὴν add. M.

timore submittentes sese et servitatem perfectam servientes, omnes humaniter habuit. Cum autem tu nunc primum publice ei repugnare non timueris, non amplius vitium suum occultare quivit, sed abs te sibi obnoxios puniendi initium faciet: statimque tremendo sacramento dictis fidem adstruxit. Ac nisi quam citissime quoquo modo salutis suae provisum eat, cum tota domo sine ulla dubitatione periturum. Ergo Chumnus hinc non immerito extrema metuens, doceri se obsecrabat, quo pacto impendens sibi tantum malum effugeret. Tum Apocauchus, ipsum quoque e re praesenti quid opus sit, non difficulter posse cognoscere; quippe qui vulgo maior, nec stultus sit, sed cum primis Romanorum experientia prudentiaque certet. Nihilo minus admoniturum, quae in rem fore arbitretur; imo vero, sine quibus salus desperanda sit. Putare autem, non aliud ipsi ceterisque profuturum, quam si arreptis armis ad domesticos opes debilitandas frangendasque totis viribus incumbant. Hoc in proclivi esse, si imperatrice adita, et benevolentia erga ipsam filiumque imperatorem simulata, eam permoveat, ut eum pro hoste et insidiatore ducat, addatque se haec pro certo audivisse et esse scelus non ferendum, seque malle cum filiis suis

μᾶλλον αἰρετώτερον ἠγγῆσασθαι, αὐτὸν καὶ παῖδας ὑπὲρ αὐ- A. C. 1341
 τῶν, εἰ δέοι, πολεμοῦντας ἐκείνῳ ἀποθνήσκειν, ἢ αὐτοὺς
 ἀδίκως τὴν ἀρχὴν ἀφαιρουμένους ἢ καὶ ἀποθνήσκοντας πε-
 ριιδεῖν. οἷς ἐκείνην, ὡσπερ εἰκὸς, πεισθεῖσαν ὑπὸ δέους ῥᾶ-
 5 σοτά τε ἐκείνου διαστήσεσθαι καὶ τὸν πόλεμον ἡμῖν τὸν πρὸς V. 333
 ἐκείνον ἐπιτρέψειν. τούτου δὲ γεγενημένου, οὐδὲν ἔσται τὸ
 κωλύον, οὐ τῶν προσδοκωμένων δεινῶν ἀπηλλάχθαι μόνον,
 ἀλλὰ καὶ τύχης ἀγαθῆς ἀφορμὴν τὸν πρὸς ἐκείνον πόλεμον
 ποιήσασθαι. ὅτι δὲ οὐκ ἄληθῆ τὰ εἰρημένα, οὐ χροῆ σκοπεῖν,
 10 περὶ ἐκείνου. οὐ γὰρ περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους ἡμῖν πρό-
 κειται νῦν ἀγὼν, ἀλλ' εἴτε ζῆν εὐκλεῶς, καθηρηκότας ἐκείνου C
 τὴν ὄφρυν, εἴτε ἀποθνήσκειν ὁμοίως τοῖς ἐπὶ δεινοῖς τισιν
 ἐαλωκόσιν, ἐὰν ἐκεῖνος ἔτι τῶν πραγμάτων ἀρχῆ. διὸ πάση
 χρηστέον μηχανῇ καὶ παντὶ πολέμου εἶδει προσεκτέον μᾶλλον,
 15 ἢ περὶ τοιούτων μικρολογητέον, ἃ μηδεμίαν βλάβην ἔχει,
 ἂν ὧδε ἢ ἐτέρως ἔχωσι." τούτοις μὲν οὖν ἔπειθε κακῆνον.
 καὶ πέρας ἤδη εἶχεν ἢ ἐπιβουλή. ἐδόκει δὲ δεῖν καὶ τῶν οἰ-
 κειοτάτων βασιλίδι τινὰς προσηταιρίσασθαι, ἐκεῖνο ἐννοῶν,
 ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἴσως ἂν ὑποπτεύσειεν ἢ βασιλῆς, ἢ φόβῳ
 20 ἢ φθόνῳ τοιαῦτα ἐσκατωρηκέαι, τῶν οἰκειοτάτων δὲ μηδὲν
 καταγνοίῃ ἂν τοιοῦτον. καὶ τῷ Ζαμπέας νιῶ, ἢ ἐκ Σαβοῦας D
 βασιλίδι εἶπετο, πολλῆς καὶ παρὰ βασιλέως ἔτι ζῶντος ἀπο-
 λαύοντι τῆς εὐμενείας τὰ τε ἄλλα καὶ διὰ τὴν ἐν ταῖς μά-

21. τοιοῦτος P.

pro ipsis pugnando oppetere, quam perpeti, ut per nefas imperio
 aut etiam vita spoliuntur. Quibus rationibus credibile fieri, ipsam
 tremefactam ac persuasam, nullo negotio ab illo discessuram, bel-
 lumque contra eundem ipsis mandaturam. Quo obtento, non tan-
 tum ingruentibus malis liberatos, verum etiam felicitati quasi
 portam patefactam fore. Quod autem haec de illo vera non sint,
 curandum non esse; non enim nunc de veritate falsitateque certa-
 men proponi, sed utrum, illius supercilio depresso, cum gloria super-
 sint; an, si imperium tenere perseveret, similiter nefariorum cri-
 minum confictis, capite plectantur. Idcirco tentanda omnia et omne
 genus pugnae experiendum potius, quam de talibus anxie disputa-
 andum, quae sive hoc sive alio modo se habeant, nihil obsunt.
 Sic illum quoque illexit, quo voluit. Hucusque insidiae. Visum in-
 super etiam de familiarissimis imperatricis quosdam ad hoc sodali-
 tium asciscere, cum cogitaret, alios forsitan eidem suspectos futuros,
 quasi qui vel metu, vel invidentia quadam perversa et improba
 molirentur, cum de intimis domesticis suis tale quiddam sentire
 non possit. Proinde filium Zampeae, quae illam e Sabaudia secuta
 fuerat, Artotum nomine (quem et imperator cum aliis de causis,

A.C. 1341 *χαις εὐψυχίαν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευταίην βασιλίδι σποῦ-
δάζομένων ἐκείνου τε καὶ τῆς μητρὸς, Ἀρτώτῳ προσαγορευ-
ομένῳ· τούτῳ δὲ ἐντυχὼν, εἴ τι περὶ ἑαυτοῦ εἰδείη, ἐπυ-
θάνετο. ὡς δὲ ἐκείνος ἔφρασκε μηδέν· „ἀλλ' ἐγὼ” εἶπεν „αὐ-
τοῖς ὡσὶν ἀκήκοα τοῦ μεγάλου δομεστίκου πολλὰ σοῦ καὶ τῆς⁵
μητρὸς καταφερομένου καὶ πολλὴν εὐθήθειαν καταγινώσκοντος
Ῥωμαίων, ὅτι δέον πρὸς τῶν κοινῶν τὴν ἐπιμέλειαν τοῖς
ἑμοφύλοις χρῆσθαι, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ πολλοῖς τε καὶ
P. 412 ἀγαθοῖς οὖσιν, οἱ δ' οὐκ οἶδ' ὅτι παθόντες, Ἀρτώτῳ χρῶν-
ται καὶ μητρὶ, ἀνθρώποις ἀλλοφύλοις καὶ οὐδὲν ἄμεινον δια-10
κειμένοις τῶν πολλῶν, βασιλίδα θεραπεύοντες. ἀλλ' ἕως μὲν
ἔτι περιῆν ὁ βασιλεὺς, οὐδὲν ἀντιλέγειν ἦν, πᾶν τὸ περιστά-
μενον κατ' ἐξουσίαν πράττοντι. νυνὶ δὲ εἰς ἐμὲ τῶν πραγμά-
των τῆς ἀρχῆς περιηκούσης, οὐ περιόψομαι ὑπὸ τοιούτων,
ὥσπερ κηφήνων, τὰ Ῥωμαίων καταναλισκόμενα κοινὰ, ἀλλ'¹⁵
ἐνθήμενος τριῆρει μετὰ τὴν ἐπάνοδον, πρὸς τὴν οἰκίαν ἀπο-
πέμψω. πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ δειλίαν σοῦ κατηγορεῖ καὶ
ἀνανδρίαν ἐν ταῖς μάχαις. ἐγὼ δὲ πρὸς τὴν τσαυτὴν ἀδι-
κίαν ἀχθεσθεῖς, μειζόνων τε ἄξιον ἢ ὧν παρὰ Ῥωμαίοις
τυγχάνειν εἰδὼς, καὶ τὴν θυγατέρα προθύμως σοὶ πρὸς γά-20
B μιον ἐκδιδόναι ἔχω καὶ πάντα πράττειν ὑπὲρ σοῦ οὐ διὰ τὴν
προτέραν φιλίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ κήδους ἕνεκα. καὶ
εὐθέως ὄρκους τε τοῖς λεγομένοις προσετίθει καὶ ἐγκόλπιον*

21. ὑπὸ P.

tum de fortitudine bellica vehementer vivus dilexerat, et post eius mortem ipsum matremque imperatrix in pretio habebat) hunc inquam, conveniens, ecquid de se audisset, exquirebat. Illo negante, subiecit, Ego vero praesens audivi, cum magnus domesticus contra te matremque tuam debaccharetur multis Romanosque magnae faitutatis argueret, qui cum ad publicam procurationem uli civibus oporteret, essentque in promptu boni viri, bonae feminae magno numero, illi nescio quorsum acti, vel potius imperatrici adulantes, Artotum et eius matrem, homines exteros ac plebeios, adhiberent. Imperatori viventi, inquit, ac pro potestate quidquid incideret moderanti, contra dicere fas non erat; nunc, quando summa imperii ad me devenit, non patiar a talibus, tamquam a fucis, communia Romanorum bona absumi; sed post reditum meum triremi impositos, unde advenerunt, eo remittam. Praeter cetera quoque timiditatem tuam et in praelio ignaviam reprehendit. At ego tanta iniquitate offensus, teque maioribus, quam a Romanis habes, dignum sciens, etiam filiam meam tibi in matrimonium dabo, nec propter pristinam dumtaxat amicitiam, sed propter affinitatis quoque conjunctionem tua causa faciam omnia. Illico iuramentum et huius-

παρεῖχεν εἰς ἀσφαλῆ τῶν λεγομένων πίστιν. ὡς δὲ συνθέ- A.C. 1341
 μενον τὸν Λατῖνον εἶχε, παρήνει, τῇ μητρὶ τὰ εἰρημένα
 ἀπαγγεῖλαντα, πείθειν αὐτὴν, πάσῃ χρῆσασθαι καὶ ἐπινοίᾳ
 καὶ σπουδῇ, ὥστε ἐκπολεμῶσαι βασιλίδα τῷ μεγάλῳ δομεστί-
 5κῳ, καὶ τὰλλα προσετίθει, ἃ τοῖς ἄλλοις εἴρητο αὐτῷ. τὰ δὲ
 τοιαῦτα εἰς τετάρτην ἡμέραν, ἐξ ἧς ἤκεν εἰς Βυζάντιον, αὐ-
 τῷ συνεσκευάζετο. καὶ ἐπεὶ καθ' ἓνα τοὺς εἰρημένους εἶχε
 πεπεισμένους, αὖθις συνίστα τοὺς ὁμοίαν περὶ τοῦ πολέμου C
 γνώμην ἔχοντας ἐκάστῳ ἀπαγγέλλων. παρήνει τε κοινῇ βου-
 10λευσαμένους, ὅθεν ἂν δοκοίη βέλτιον τὸν πόλεμον κινεῖν.

κ'. Καὶ ἐπεὶ πρὸς πατριάρχην ἦκον, ἐδόκει δεῖν, μὴ D
 ἀθρόους ἀπαγγέλλειν βασιλίδι ἃ ἐσκέψαντο, ἀλλὰ κατ' ὀλίγους V. 334
 προσιόντας, ἵνα μὴθ' ὑποψίαν παρέχοιεν τινα, ἀλλὰ καὶ
 μᾶλλον καταπλήττοιεν, συνεχῶς τε περὶ τῶν αὐτῶν διαλεγό-
 15μνοι, καὶ μᾶλλον πείθοιεν, ἀληθῆ νομίζειν τὰ ὑπὸ πολλῶν
 ὡσαύτως εἰρημένα. ἐδέδοκτο δὴ Ἀσάνην πρῶτον τὸν μέγαν
 δοῦκα καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἀδελφὸν προσάγειν τὴν πείραν
 βασιλίδι. προσελθόντες τοιγαροῦν καὶ πολλὰ περὶ τῆς εἰς
 αὐτὴν εὐνοίας καὶ βασιλέα προδιαλεχθέντες τὸν νῆδον, ἔπειτα
 20ἔφασαν, τὸν μέγαν δομεστικὸν εἰδέναι τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ P. 413
 περιποιούμενον καὶ ὅσον οὐδέπω τὴν ἐπίνοιαν εἰς ἔργον ἄγειν
 βεβουλημένον. ὅπερ αὐτοῖς τε ἄγαν ἔδοξε τῶν δεινοτάτων
 καὶ δεῖν μὴ συγκαλύπτειν, ἀλλὰ δῆλην τὴν ἐπιβουλήν ποιεῖν,

adiicit, quo certior dictis fides esset. Ut hominem Latinum ad
 suam factionem adfunxit, eum hortatur, eadem matri referens,
 illam commoveat, ut tota mente omnique ope enitatur, quo impe-
 ratricem magni domestici odio inflammaret. Alia item apud alios
 dicta annectit. Atque haec quadriduo, postquam Byzantium venit,
 per dolum et fraudem struxit. Cumque singulos, quos nominavimus,
 iam irretitos teneret, de integro eos concitabat, dum, qui sub-
 scripissent, circumiens singulis enarraret; monebatque, ut commu-
 niter deliberarent, unde commodius bellum ordirentur.

20. Ut ad patriarcham venerunt, placuit, non omnes simul
 clandestinis agitata consiliis exponere, sed paucos per successio-
 nem ad eam adire, ut neque suspicionem aliquam darent, sed
 magis eam terrent, dum crebro de iisdem dissererent, et ad cre-
 dendum tamquam veris impellerent, quia a multis eadem narraren-
 tur. Convenit autem, ut Isaacius magnus dux et Constantinus eius
 frater Asanis primi animum Augustae periclitarentur. Qui ingressi
 et pluribus de sua in ipsam filiumque imperatorem voluntate prae-
 fati, se nosse dicebant, magnum domesticum sibi imperium asse-
 rere et brevi cogitata perfecturum. Quod cum indignissimum sta-
 tuant, iudicasse minime tegendas, sed in apertum proferendas in-
 sidias, ut re perspecta, et de se ipsa et de liberis quod opus erit,

A. C. 1341 ἰν' αἰσθημένη, τὰ δέοντα περὶ τε ἑαυτῆς βουλευσῆται καὶ τέκνων. οὐ γὰρ περὶ μικρῶν τιῶν εἶναι τὸν κίνδυνον αὐτοῖς, ἀλλ' εἴτε ζῆν καλῶς, τῆς ἐκ πατρῴου κλήρου προσηκούσης ἔχομένους βασιλείας, ἢ ἀποθνήσκειν ἀκλεῶς, ἐπιβουλευθέντας ἀπ' ἐκείνου, δυνάμιν τοσαύτην ἐκ τοῦ τῶν πραγμάτων ἄρχειν⁵ κεκτημένου. βασιλὶς δὲ ὄπποτεύουσα ὅπερ ἦν, οὐ μόνον οὐκ ἐπήνεσε τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἐφίκει καὶ ἀχθομένη διὰ ταῦτα.

B παρῆναι τε αὐτοῖς ἀπέχεσθαι τῶν συγκοφαντιῶν, ὡς οὐδενός, ὅς' ἂν τις εἴποι, διάστασιν αὐτῇ δυναμένον πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἐμποῖησαι, σαφῶς πεπεισμένη τάληθῆ καὶ προσ-10 ἦγοντα περὶ αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἄπρακτοι ἐκείνοι ἐπανῆκον, Ἄρτωτος προσεπέμπετο ἅμα τῇ μητρὶ. τὰ ἴσα δὲ κάκεινοι ἀπαγγείλαντες, ἀπεπέμφθησαν πρὸς ὄργην, οὐδὲ ὅλους ἀκοῦσαι τῆς βασιλίδος τοὺς λόγους ἀνασχομένης. εἰς τὴν ὕστεραιάν δὲ ὁ Χοῦμνος ἅμα νίει τε καὶ κηδεστῇ Μανουῆλι¹⁵ Καντακουζηνῇ τῷ στρατηγοπούλῳ καὶ Γαβαλαῦς ὁμοίως βασιλίδι προσελθόντες, ὡς δὴ τι νεώτερον πεπυσμένοι, ἀπήγγελλον μετὰ σπουδῆς, συνεβούλευόν τε μὴ θάθυμειν, ἀλλὰ δια- C νίστασθαι πρὸς ἄμνην, ὡς καὶ αὐτῶν καὶ χορήμασι καὶ ὅλοις συνεφαγομένων τοῦ πολέμου. οὐ γὰρ φέρειν τῇ εἰς²⁰ βασιλείᾳ εὐνοίᾳ καὶ πίστει συντεθραμμένους τὴν ὑπερβολὴν ὄραῖν τῶν τολμωμένων, ἀλλ' ἐτοιμότερον ἔχειν καὶ τὰς ψυχὰς προΐεσθαι αὐτὰς, ἢ τοιαῦτα γινόμενα περιδεῖν. βασιλὶς δὲ καὶ αὐτοῖς ὁμολογήσασα τῆς προθυμίας χάριν καὶ πε-

decernat. Non enim res parvas in discrimen vocari; sed id agi, utrum cum dignitate vivant, retento imperio, quod iure paterno illorum sit, an cum dedecore intercant, eius insidiis, qui summa rerum administranda tantam sibi potentiam compararit. Imperatrix suspicione veritatem ipsam attingens, non modo querimoniam non probavit: sed eam praeterea visa est moleste ferre cosque admonuit, ut his criminationibus supersederent: quidquid enim de magno domestico dicatur, ipsam ab eo distrahi ac dissidere non posse, quae vera et consentanea, non commentitia de illo plane credat. Postquam hi frustrati recesserunt, Artotus cum matre mittitur: qui eadem narrantes, antequam absolvent, cum bile et stomacho reiecti sunt. Postridie Chumnus cum filio et genero Manule Cantacuzeno duce et Gabala accedit, quasi qui recentius quippiam rescierint. Explicate memorant, non desidendum, sed ad vim propulsandam exurgendum, se pecunia et armis bellum futuros. Nam cum benevolentiam fidemque imperatori inde a pueritia naverint, tam incredibilem audaciam ferre nequire: malleque etiam animas suas proicere, quam haec videre et perpeti. Imperatrix cum gratias de tam propensa voluntate egisset dixissetque, sibi quo-

πεισθαι καὶ αὐτὴ σαφῶς εἰποῦσα, ὡς, εἴ τι συμβαίῃ τοιοῦ- Δ. C. 134
τον, προθύμως παντί τῃ πολεμήσουσιν ὑπὲρ αὐτῆς, ἔπειτα
παρήνει τῶν κατὰ μέγαλον δομestikou λόγων ἀποσχέσθαι,
ὡς οὐδὲν ὄντων ἢ πλάσμα καὶ συκοφαντίαν, (εἰδέναι γὰρ
5 ἀκριβῶς τὴν ἐκείνου πρὸς αὐτὴν εὐνοίαν καὶ βασιλέα τὸν
υἱὸν,) μὴ καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὰ παρ' ὑμῶν αὐτοῦ κατη-
γορημένα ἐκμαθῶν, δικαίως ἄχθοιτο ὑμῖν τοιαῦτα εἰρηκόσι.
βασιλῆς μὲν οὖν οὕτω πρὸς μηδὲν τῶν εἰρημένων τῶν ἐξαρ- D
χῆς ἐξέστη λογισμῶν, ἀλλὰ πλάσματα ἤγειτο πάντα ὑπὸ τῆς V. 335
10 ἐκάστου διανοίας ἀναπεπλασμένα. ὡς δὲ καὶ οὗτοι πρὸς
τοὺς ἄλλους συνελθόντες, ὅσα ἢ βασιλῆς ἀπήγγελλον ἀποκρι-
θεῖη, δέος ἔσχε πάντας οὐκ ὀλίγον καὶ ἐν ἐσχάτοις ᾤοντο
ἤδη περιέχεσθαι κακοῖς, εἰ μὴ τι βουλευσάιντο ἀνυσιμώτε-
ρον τῶν εἰρημένων. συνεβούλευέ τε ὁ παρακοιμώμενος αὐ-
15 τοῖς μηκέτι μέλλειν. τὰ μὲν γὰρ περὶ μέγαλου δομestikou
εἰρημένα σιωπῇ καλύπτεσθαι οὐ δυνατόν, πολλῶν τῶν συν-
ειδῶτων ὄντων. καταδήλων δὲ ἐκείνῳ γενομένων, συνορᾶν
ἐξεστὶν ἐκάστῳ τοῦ κινδύνου τὴν ὑπερβολὴν. διὸ οὐδὲ πα- P. 414
ρήνει ῥαθυμεῖν ἀπογνόντας πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ τῶν ἄλ-
20 λων ἀποσχομένων πάντων, ἐνὸς τούτου γίνεσθαι μόνου, ὅπως
περιγένοιτο τοῦ πολεμιωτάτου, ἢ τὰ γε δεύτερα, μὴ τὰ
ἀνήκεστα παρ' ἐκείνου πάθοιεν αὐτοί. ἐδόκει δὴ καὶ πατρι-
άρχην καὶ τὸν Ἀσάνην Ἀνδρόνικον, ὄντα τοῦ μέγαλου δο-
μestikou πενθερὸν, ὥσπερ ἄγκυραν τινα καθεῖναι ἱερὰν, καὶ

6. κατηγορούμενα M.

que minime dubium videri, eos, si quid tale accideret, cum quo-
vis alacriter pro se dimicaturos, hortabatur tamen, ut de magno
domestico ista loqui omitterent, quippe mera signenta et calumnias,
(eius enim erga se et imperatorem filium prompta ac parata studia
sibi exploratissima esse,) ne, si rediens se ab illis horum criminum
accusatum intelligat, id ipsis merito irascatur. Sic imperatricem
nihil dictorum a praeiudicata opinione, omnia pro fabulis e cuius-
que ingenio profectis ducentem, depulit. Cum et hi ad alios re-
gressi, responsum retulissent, non levis timor incessit omnes, ex-
tremo iam periculo se circumventos existimantes, nisi quid dictis
efficacius invenirent; quos Apocachus monere, ne cunctarentur:
nam de magno domestico prolata, tam multis consciis, silentio tegi
non posse; quae si rescierit, licere cuivis intelligere periculi secu-
turi magnitudinem. Idcirco hortabatur, ne desperatione victi, actio-
ne desisterent, sed aliis omnibus posthabitis, hoc unum perseque-
rentur, ut de acerbissimo hoste triumpharent aut saltem ne atrocis-
sime ab eo multarentur. Proinde ad patriarcham et Andronicum
Asanem, magni domestici socerum, velut ad sacram anchoram cou-

A.C. 1341 δι' αὐτῶν τῆς βασιλείδος τοὺς λογισμοὺς πειρᾶσθαι κατασεί-
 ειν, τῶν ἄλλων πάντων ἀξιολογωτέρων ὄντων πρὸς τὸ πεί-
 θεσθαι αὐτοῖς, ἅτε δὴ πατριάρχου μὲν πρὸς τῇ δοκούσῃ
 πρὸς ἐκείνην εὐνοίᾳ, καὶ ἱερωσύνη τῇ μεγίστῃ τετιμημένου
 B καὶ μὴ ἂν ποτε ψεύσασθαι ὑποπτευθέντος· τοῦ ἑτέρου δὲ δὲ
 μὴ τοσοῦτον ἂν εἰς ἀπονοίας βάρβαρον ἐληλακέναι δόξαντος,
 εἰ μὴ τοιαῦτα τῷ γαμβρῷ συνήδει ἀληθῶς, ὡσθ' ἕκοντι τὴν
 θυγατρὸς αἰρεῖσθαι κακοπραγίαν, καταψευδόμενον τοσαῦτα.
 ἐπεὶ δὲ ἐψηφίσαντο κοινῇ, γενομένων ἐν βασιλείοις τῶν εἰρη-
 μένων, ὁ πατριάρχης λόγου ἤπειτο πρῶτος πρὸς τὴν βασι- 10
 λίδα, „τὴν μὲν περὶ ἐμὲ τοῦ μεγάλου δομεστίου“ φάσκων
 „εὐμένειαν καὶ σπουδὴν εὐθύς ἔξαρχῆς, καὶ ὡς ἐκ φάυλης
 τύχης καὶ πολλῆς ἀφανείας εἰς τοῦτο δι' ἐκείνου δόξης καὶ
 λαμπρότητος προῆγμαί, δι' ἃ πολλὰς αὐτῷ χάριτας ὀφείλειν
 C ὁμολογῶ δίκαιος εἶναι, πάντες μὲν ἂν εἶδεῖεν Ῥωμαῖοι, μὰ 15
 λιστα δὲ σύ. ἄχρι μὲν οὖν αὐτὸν ἐώρων ὄρθοις καὶ δικαίοις
 χρώμενον λογισμοῖς καὶ τὴν εὐνοίαν καὶ τὴν πίστιν ἄδολον
 ἑμῖν τηροῦντα καὶ καθαρὰν τοῖς βασιλεῦσι, δεῖν ἐνόμιζον
 καὶ αὐτὸς ὡς γνησιωτάτῳ φίλων αὐτῷ προσέχειν, καὶ οὐδὲν
 ἤτιον ἢ φιλότεκνος πατῆρ, ἃ λυσιτελήσειν ἤλπιζον αὐτῷ 20
 πρὸς εὐδοξίαν, πράττειν ἡροῦμην. ἐπεὶ δὲ ἄλλων τε πολλῶν
 λεγόντων ἐπνυθόμην καὶ αὐτὸς παρ' ἔμαντοῦ συνῆκα, ὡς ἄδι-

19. φίλον P. αὐτῷ add. M.

fugiendum iudicarunt: quorum quia potior esset ad persuadendum auctoritas, per ipsos imperatrici terrorem ac metum incuterent. Nam patriarcha praeterquam quod illi bene cupere videbatur, summo praeerat sacerdotio, quem illa nunquam mentiturum suspicaretur; alter, nisi genero huius molitionis esset conscius, in tantum amentiae vecordiaeque barathrum, ut tam multa mentiendo sponte ac volens filiam calamitosam redderet, praecipitaturus non putabatur. Hoc fixo, cum essent in palatio omnes, quos recensuimus, patriarcha primus talibus dictis Augustam compellavit. Magni domestici erga me voluntatem ac studium a principio et quomodo per illum ex abiecta conditione multaque obscuritate ad istam amplitudinem claritatemque pervenerim (ob quod singulares me illi gratias merito debere haud inficior) Romanorum nullus est, qui scire non possit, et tu nosti potissimum. Quamdiu igitur illum recta incedere via et amicum iustitiae sinceraque et pura erga vos imperatores benevolentia ac fide animadverti, me vicissim illi ut amico germanissimo addictum esse oportere sentiebam: nec minus quam liberorum suorum amans pater, quae ad eius gloriam factura confidebam, ea facere instituebam. At ubi multis commemorantibus audivi et per me cognovi, illum vim et nefas meditari et iam ad scelus perpetrandum esse incitatum, (male videlicet re-

κα καὶ βίαια καὶ διανοεῖται καὶ πράτειν ἤδη ὄρηται, τοῦ πολ-Α. C. 1341
 λὰ πεφιληκός βασιλέως καὶ ἐπὶ μέγα δόξης προαγαγόντος
 ἀδίκως ἀμειβόμενος τοὺς παῖδας οὐ μόνον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ
 καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἀποστερῶν, τὴν τε γνώμην ἐβδελυξάμην D
 5 αἰσῶς ὁμοιότην καὶ ἀγνωμοσύνης οὐδεμίαν ἐλλείπουσαν ὑπερ-
 βολὴν, καὶ αὐτὸν οὐ τῶν φίλων ὡσπερ πρότερον, ἀλλὰ τῶν
 πολεμιωτάτων ἔγνω δεῖν ἡγεῖσθαι. νομίζων δὲ μὴ καὶ σὲ
 τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖν τῶν πάντων καιριῶν εἶναι, ἤκω ἀπαγγέλλων,
 ἢ ἐκ τῶν παρόντων σκεψαμένη οὐ μόνον αὐτὴν καὶ
 10 παῖδας διασώσης, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν συγκινδυνεύουσαν
 ἀρχήν.” ἡ βασιλὶς δὲ ὡσπερ ἐκπεπληγμένη, λόγους,
 ἔφασκεν, ἀκούειν, οἴους οὐδ’ αὐτὸν τὸν κακίας ἐφευρετὴν
 ἂν ποτε δυνήσεται ᾧ ἦθ’ ἐπεὶ μεγάλου δομestίκου πείσειν
 ἐπιχειρήσειν, ὡς κακὸς ἐκεῖνος περὶ αὐτὴν καὶ παισὶν ἐπι- P. 415
 15 βουλευόν βασιλέως καὶ τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης φιλίας τοιαυ-
 τας χάριτας ἀποδιδούς. τοῦ πατριάρχου δὲ καὶ αὐτοῦ τὰ
 ἴσα φάσκοντος ἐν ἀρχῇ πεπονθέναι πρὸς τὰ περὶ ἐκεῖνου
 εἰρημένα καὶ τοῖς λέγουσιν ἀπιστεῖν, οὐ δὶς καὶ τετράκις το-
 σοῦτων, ἀλλὰ καὶ πολλαπλασιῶν, ἢ ὅσοι προσεληλύθασιν
 20 αὐτῇ, τῶν εἰρηκόντων ὄντων. ἔπειτ’ ἐπιστήσαντα τὸν νοῦν V. 336
 καὶ τοῖς πραττομένοις ἀκριβῶς προσεσχῆκόντα, τὴν διαστρο-
 φὴν τῆς γνώμης καταμαθεῖν. καὶ πείθεσθαι ἀξιοῦντος καὶ
 αὐτὴν καὶ μὴ περὶ πράγματος οὕτω τὸν κίνδυνον ὄξυν ἔχον-

1. καὶ ante διανοεῖται om. M. 4. τῆς om. P.

munerantem filios imperatoris, a quo tantopere dilectus et ad tam inclitum fastigium euectus est: dum eos non modo imperio, sed vita etiam privare molitur,) crudelissimum eius et supra quam credibile est, perversum consilium execratus, non amicorum, ut prius, sed hostium infestissimorum numero ducendum existimavi. Ratus porro, nec te nescire, quam haec exitiosa sint, tibi nuntius adsum, ut pro tempore circumspicias, quemadmodum et te et gnatos tuos et totum imperium in idem discrimen coniectum serves. Tum imperatrix attonitae similis, talia se de magno domestico audire dixit, qualia nunquam cogitasset de eo sibi persuadere conaturum vel ipsum scelerum omnium satorem et architectum, diabolum: quod nimirum sibi infestus et insidiator liberorum imperatoris pro nobili illa amicitia tales referret gratias. Excipiente patriarcha, eundem fuisse sensum suum ab initio, cum haec de eo audiret, et narrantibus credere nequivisse, qui non ter quater, sed multis partibus plures fuissent, quam nunc ad eam convenissent; post, ubi animum applicuerit et ad acta diligenter attenderit, pravitatem mentis eius didicisse, quam ut et ipsa credat, aequum videri. Ne in periculosissimo negotio moras nectat, sed iam de sua filiorumque

A. C. 134¹ιτος διαμέλλειν, ἀλλ' ἤδη περὶ σωτηρίας αὐτῆς τε καὶ τῶν τέκνων σκέπτεσθαι, ἀνεμίμησεν ἢ βασιλὶς τῶν πρὸς ἀλλήλους οὐπω χθὲς καὶ πρώην ἐπ' αὐτοῦ γεγενημένων ὄρκων, ἐν οἷς ἄλλα τε εἶρητο τῷ μεγάλῳ δομειστῆρι, ἔφασκεν, ὅσα σύνοιμεν αὐτοῖ, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀπάντων, ἵνα, ἂν τις καταγορηθῆ παραίτινος, μὴ ἐρήμην οὕτως ἐκείνου καταψηφίζεσθαι ἡμῶς, ἀλλ' ἐπὶ δίκην καλέσαντας καὶ τόπον ἀπολογίας παρασχομένους, ἂν μὲν ἀδικῶν ἀλίσκηται καὶ ἐπιορκῶν, δίκας τὰς ἐσχάτας ἀπαιτεῖν· ἂν δὲ μηδὲν προσῆ τοῖς εἰρημένοις ἀληθῆς, τῶν ἐγκλημάτων μὲν ἐκείνον ἀπολύεσθαι,¹⁰

C τοὺς συκοφάντας δὲ αὐτὸ τοῦθ', ὅπερ εἰσὶν, ἀποδεικνυσθαι, συκοφάντας. νυνὶ δὲ πολλῶν ὄντων τῶν ἀπιστίας καὶ ἐπιορκίας διωκόντων, οὐδένα ὄρῳ, ὅς ἀντικαταστήναι πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τῆς δίκης τολμήσει, ὥστ' ἐξελέγχειν ἀδικοῦντα. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ νῦν τινα διαβροῆδην ἐκείνου κατηγορεῖν, ὅτι πρῶτ-¹⁵

των κακῶς ὤπται καὶ προδότης περὶ ἐμὲ, ὥστ' ἐκ τῶν λεγομένων καὶ αὐτὴν ἔχειν συνορῶν, εἰ συκοφαντία τὰ εἰρημένα ἢ ἀληθείας ἔχεταιίτινος. ἀλλ' οὕτως ὥσπερ ἐκ συνθήματος πάντες αὐτοῦ καταψηφίζονται τὴν βασιλείας ἀρπαγὴν, μηδὲν πλέον προστιθέντες. οὐ δὲ δίκαιον, οὐτ' ἄλλως εὐπρεπὲς ἐμοῖ,²⁰

τοῖς παρὰ τῶν πολλῶν πεισθεῖσαν λόγοις, οὐδὲν βέβαιον πρὸς ἀπόδειξιν ἔχουσι τῆς ἀληθείας, πόλεμον πρὸς ἐκείνον ἐμφύ-
D λιον κινεῖν. οὐ γὰρ τῶν πολλῶν εἶς, ὥστ' αὐτοῦ ῥῆστα πε-

13. ὄρῳ add. M.

salute laboret. Redibat autem in memoriam imperatrix, quomodo recentissime, ipso patriarcha praesente, iurassent mutuum, quando et alia dixerit magnus domesticus, quae ipsi secum recorderentur, et hoc inprimis, ut si quid accusaretur, ne absentem indicta causa damnarent, sed in iudicium vocato, locum defensionis darent, et siquidem iniustus ac periurus comperiretur, extremo eum supplicio addicerent; sin abesset ab accusatione veritas, criminibus absolverent et sycophantas hoc ipsum, quod sunt, ostenderent. Nunc cum illum perfidiae ac periurii multi insimulent, neminem se videre, qui ei in iudicio se opponere et pro scelerato arguere audeat; sed nec qui manifeste eum accuset, quasi qui malignum se et proditorem eius demonstrarit: ut ex auditis hanc delationem puras putas esse calumnias potius, quam aliquid veritatis habere, perspicere queat, et velut ex composito ab omnibus, nullo argumento ut imperii invasorem reum peragi. Non itaque iustum esse, nec suam decere personam, multorum sermonibus, nihil ad probationem veritatis solidum continentibus, credulam, bellum civile adversus eum inceptare. Non esse unum de plebe infima, ut opera levissima subigatur. Sed quae nunc dicta sint, eorum nihil ei indicandum;

ριγενέσθαι. ἀλλὰ νῦν μὲν τῶν εἰρημένων δῆλον πρὸς αὐτὸν A. C. 1341
 μηδὲν ποιεῖν, ἀλλὰ σκεψαμένους πολλὰ καὶ βασάνῃ τὸ πρᾶ-
 γμα δόντας ἀκριβεῖ, ἕως ἂν ἐκεῖνος ἀπῆ πρὸς τὴν ἐσπέραν,
 μετὰ τὴν ἐπάνοδον εὐθύς καλεῖν ἐπὶ τὴν δίκην, καὶ καιρὸν
 ἕπαρασχομένους πρὸς ἀπολογίαν, ἢ καταψηφίζεσθαι, ἂν φαι-
 νηται ἐπιτοκῶν, ἢ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύειν, ἂν μηδὲν τῶν
 ὑποπτεομένων εἰρησασμένους ἦ. τοιαῦτα μὲν ἡ βασιλὶς δίκαιά
 τε ὁμοῦ καὶ συμφέροντα οἰομένη, ἀπεκρίνατο.

κα'. Ὁ πατριάρχης δὲ ἐλέγχους πυθόμενος καὶ δίκην, P. 416
 10πολλὴν τε ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις συνειδῶς συκοφαντίαν, καὶ
 τὸν κίνδυνον συνορῶν, ὅσος αὐτοῖς μετὰ τῆς συκοφάνταις
 προσηκούσης αἰσχύνῃς περιέσται, ἠγωνία τε οὐ μετρίως καὶ B
 τῷ πλείστῳ μέρει ἦν ὑπὸ δέους ἀποτεθνηκῶς. ἔτι δὲ οὐ
 παντάπασι πρὸς τὸ κακοργεῖν ἀπειρηκῶς, ὥσπερ τὴν ἀπό-
 15νοϊαν βασιλίδος οἰκτιζόμενος, „ἐν οἷς” ἔφασκε „πράγμασι καὶ
 ὁ θεὸς ἄνωθεν συνεφάπτεται, εὐδρομα πάντα καὶ λεῖα καὶ
 κατορθούμενα ἀπονητὶ. ὧν δ' αὐτὸς ἐκὼν μεθίεται πρὸς τὸ
 διαφθαρεῖναι, τούναντίον ἅπαν, δυσκολίας γέμοντα καὶ τα-
 ραχῆς. ἐγὼ δὲ καίτοι κινδύνοις τοῖς ἐσχάτοις διὰ τὴν εἰς
 20οὔμᾱς εὐνοϊαν ἑμαυτὸν περιβαλὼν, οὐ τοσοῦτον ἐν δεινῷ τὴν
 κακοπραγίαν τίθεμαι τὴν ἑμαντοῦ, ἄχρι καθαιρέσεως τῶν
 θρόνων καὶ δεσποτηρίου ἐσομένην, ὅσῳ τὴν ὑμετέραν, οὐκ V. 337
 ἀφαιρέσιν μόνον μέλλουσιν ὑφίστασθαι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμο- C
 νίας, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ζωῆς ἀκλεῶς ἅμα καὶ παρανόμως ἀπο-

verum bene perpendendum accurateque examinandum negotium, dum in occidente abest, et post reditum citra cunctationem iudicio arcessendum; ac tempore ad respondendum concesso, vel damnandum, si periurii comperiat, vel scelere omni solvendum, si nihil, quorum suspectus erat, designarit. Haec imperatrix aequa simul et commoda reputans, respondit.

rasset vehementius, diluculo flumen congelciare incipiens, intra breve tempus totum frigore constitit. Neque tamen adeo firma ac densa erat glacies, ut portare equitem posset, nec consuetis actuariolis transitum praebebat: sed ad istuc durior, ad equos vero sustinendos fragilior apparebat; quae res multam transeundi dubitationem habebat. Per dies itaque duodenas imperator ibi in stativis mansit, exspectans, si quo modo daretur Hebrum transmittere. In his Adrianopolim Byzantio supervenientes sexcenti milites rem disturbarunt. At Pamphili, quoniam pincerna cum copiis non aderat, prae quibus oppidani quippiam novi tentare metuebant, prius quibusdam e praesidio pecunia numerata corruptis et eo perpulsis, ut vasa clam evacuant, in quibus aquam et vinum et si quid aliud potabile servabant, (non enim ex puteo haurire licebat,) postquam sibi insidias bene cecidisse audierunt, custodes arcis simul tota urbs oppugnat, expugnatosque et intoleranda siti oppressos, ad deditiorem adigit: ac tres eorum duces victos, cum toto praesidio ad Augustam Byzantium mittit; quos Byzantii contumeliose tractatos et omnibus diceriis laceratos, in carcerem dederunt. In imperatorem quoque Cantacuzenum se improbe gesserunt, a nulla ver-

τοσοῦτον δὲ προῆλθον ἀτοπίας, ὥστε εἴ ποτε καὶ βασιλεύς Δ. C. 1341
 ὁ νέος Ἰωάννης προῖοι τῶν βασιλείων ῥησιώτης εἶνεκα, (οὐδ'
 γὰρ δὴ αὐτῷ τι τῶν κοινῶν ἐπράττετο διὰ τὸ τῆς ἡλικίας
 πάνυ ἀτελής· ἐννέα γὰρ ἦν ἔτη γεγονώς τελευτῶντος τοῦ πα-
 5τρὸς,) ὑπὸ τῶν τὰ πράγματα ἐχόντων προπεμπόμενοι τινες,
 τὸν δῆμον διηρέθιζον, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ὥστε διόντος
 πολλὰς Καντακουζηνῶ τοῦ βασιλέως καταχέειν λαιδορίας καὶ
 ὡς μάλιστα ἀσέμνους. καὶ τοῦτο ἦσαν ὡς τι δῶρον τῶν ἡδέων
 προσάγοντες τῷ νέῳ βασιλεῖ. σκοπὸς δὲ ἦν αὐτοῖς τῶν ὕβρειων
 10οὐδὲν μὲν ἦτιον, ὥστε καὶ τὸν δῆμον εἰς πλείονα ἐμβάλλειν
 φόβον, ὡς εἰ περιγένοιτο ὁ βασιλεύς πικρῶς ἀμυνόμενος διὰ
 τὰς ὕβρεις· ὁ καὶ κατὰ σκοπὸν ἐξέβαινε αὐτοῖς. πάντες γὰρ
 οἱ δῆμοι ὅσῳ μᾶλλον ἐξεμαίνοντο, τοσοῦτον ἐδεδίεσαν. ἐκ
 15τούτου δὲ ἀσύμβυτοί τε ἦσαν πρὸς ἐκεῖνον καὶ μᾶλλον ἐξε- V. 363
 15μαίνοντο διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀντιδόσεως πονηρὰν ἐλπίδα. ἄλλως P. 450
 3 ὅπως καὶ πᾶσιν ὑπόνοιαν παρέχουσιν, ὡς, εἰ μὴ διέφθαρτο
 ἐκεῖνος καὶ ἐξησθῆναι παντάπασιν, οὐκ ἂν οὕτω κατεφρόνονν.
 οὐδὲν οὖν ἦτιον καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τὸ ὑβρίζειν αὐτοῖς ἐπε-
 20τηδενέτο· μάλιστα δὲ ἴν' ἐκεῖνος πυνθανόμενος, ἀπαγορεύη
 20τὴν εἰρήνην, νομίζων κατὰ γνώμην τὰ τοιαῦτα πράττεσθαι
 τῇ βασιλίδι. οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς οὕτω δεινὸν ἐφαίνετο τῶν
 πρὸς τὸν πόλεμον, ὅσον ἄγειν κίνδυνον ἢ εἰρήνην ἐνομίζετο.
 διὸ καὶ πάντα ἐπενόουν καὶ ἐμηχανῶντο, ὥστε μὴ γενέσθαι.

1. ὡς P. 13. ἐδίεσαν P. 14. τε add. M.

borum petulantia temperantes, eoque stoliditatis progressi sunt, ut,
 si quando Ioannes imperator adolescens e palatio ad animi oblecta-
 mentum quopiam prodiret, (ob aetatem siquidem immaturam pu-
 blicae rei nihil attingebat, quando patre moriente non plus novem
 annos natus erat,) praemissi quidam ab iis, qui ad clavum sede-
 bant, feminas iuxta ac viros incitabant, ut eo transeunte complura
 longaque turpissima in Cantacuzenum maledicta evomerent. Et hoc
 tamquam iucundum munus imperatori puero offerebant. In hisce
 porro contumeliis etiam hoc sibi volebant, ut populo maiorem timo-
 rem ingenerarent, Cantacuzenum, si vinceret, atrociter iniurias
 persecuturum, id quod illis ex sententia evenit. Omnis namque
 populus, quo magis insaniebat, hoc amplius metuebat, et cum sibi
 condignam mercedem repensum iri formidaret, audacius furebat et
 a reconciliatione magis abhorrebat, nisi ille viribus omnino destitutus
 ac perditus esset, non se ita cum contempturos. Et cum nihilominus
 his de causis studerent eum cumulare iniuriis, maxime tamen
 id faciebant, ut his intellectis, pacem desperaret, ea imperatrice
 conscia et libente fieri opinatus. Etenim nihil ad bellum requisi-
 tum tam durum, quam pacem istam periculosam constituebant. Qua-
 re ad eam impediendam excogitabant machinabanturque omnia. Ve-

A. C. 1341 ἐπὶ τῆς βασιλίδος μέντοι οὐκ ἀσέμνως οὕτως ἐλοιδοροῦντο, (ὄργῃ γὰρ πρὸς τοὺς οὕτως ἀσελγαίνοντας ἐφέρετο,) ἀλλ' B ἠρῶντο μόνον τὰ δεινότερα καὶ πολλὴν κατειψηφίζοντο σκαιότηα καὶ πονηρίαν τρόπων, ὅτι τοσοῦτων παρὰ βασιλέως ἀπολεανκῶς καὶ οὕτω φιληθεῖς, ἀχάριστος ἐκ διαμέτρου καὶ 5 κακὸς περὶ τοὺς ἐκείνου παῖδας ὧπται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτως ἠκολάσταινον περὶ τὴν γλῶτταν· καὶ ὁ πατριάρχης ὀλίγα ἢ οὐδὲν φροντίζων τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν, αὐτὸν τε βασιλέα, μηδεμίαν πρόφασιν πρὸς τὸν πόλεμον παρεσχημένον, ἀλλὰ καὶ πολλὰ πολλάκις δεηθέντα διαλύσασθαι, ἀφορισμῷ ὑπέβαλεν, 10 ὡς κακὸν ὀφθέντα περὶ βασιλίδα, καὶ εἴ τις αὐτῷ συνείη· βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς οὐ μόνον αὐτὸς τάναντιώτατα C ἐφαίνετο ποιῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνόντας ἀναπεΐθων. οὐ γὰρ μόνον βασιλίδα, εἴποτε ἔδει μνημονεύειν, διὰ πάσης εὐφημίας ἤγεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἀπὸ τῶν ἀξιωματίων μᾶλλον, 15 ἢ τῶν ὀνομάτων προσηγόρευε, τῶν ἐξ Ἀνδρονίκου μέντοι τοῦ βασιλέως ἐκάστη δεδωρημένων, ἐπεὶ τῶν ὕστερον, ὡς παρὰ δίκην γεγενημένων, τὰ πολλὰ ἀπέστεργε. τῶν συνόντων δὲ ἐπ' αὐτοῦ τινος τὸν παρακοιμώμενον καὶ ἕτερόν τινα τῶν ἐν Βυζαντίῳ ὑβρίσαντος αἰσχυρῶς, ἐκέλευσε τυπτηθῆναι, γυναιξί 20 φάμενος πορνευομέναις προσήκειν τὰ τοιαῦτα, ἀνδράσι δὲ τὸ μάχεσθαι.

D λα'. Πρὸς μέντοι τὸν ἑπαρχὸν τὸν Μονομάχον ἐπιτρο-

10. διαλύσασθαι P.

rumtamen coram imperatrice verecundius conviciabantur, quod illa sermonis proterviam ferret aegerrime; sed tantum severissime accusabant singularisque illum stuporis et perversitatis condemnabant, quod summis ab imperatore demortuo beneficiis ornatus et tantopere dilectus, ex diametro ingratus et erga eius liberos malevolus exstitisset. Atque illi quidem linguas ita liberas habebant; et patriarcha, legum ecclesiasticarum securus, ipsum Cantacuzenum, qui bellum minime excitarat, sed multum ac saepe pacem expetiverat, anathemati cum sequacibus subiecit, quasi in imperatricem se nequam praestitisset; cum tamen non ipse solum prorsus contrarium faceret, sed et suos ad idem cohortaretur. Nec vero illam dumtaxat, si quando eius erat habenda mentio, perhonorifice, verum alios non tam propriis eorum nominibus appellitabat, quam a dignitatibus, quas gerebant, modo ab Andronico imperatore ipsis tributae essent; nam quae postea facta erant, eorum maximam partem non probabat. Et cum quidam de suis coram ipso Apocauchum, cubiculi sacri praefectum, et alium quendam Byzantium turpi convicio incessisset, cum praecepit vapulare dixitque, mulieribus meretricibus levitatem huiusmodi convenire, viros pugnam decere.

31. Ceterum ad Thessaliae praetorem Monomachum et proto-

πεύοντα Θεσσαλίας καὶ Συναδηνὸν τὸν πρωτοστράτορα Θεσ.-Α. C. 1341
σαλονίκης τότε ἄρχοντα καὶ Συργὴν Ντελενοῦζίαν τὸν βασι-
λέως Ἀνδρονίκου ἀνεψιὸν, τὸν Κύπρου ἡγὸς υἱὸν, Φερῶν
καὶ αὐτὸν ἄρχοντα, οὗ καὶ τὴν θυγατέρα, τοῦ βασιλέως Ἀν- P. 451
5δρονίκου περιόντος ἔτι, τῷ υἱῷ Μανουῆλ ὁ τότε μέγας δομέ-
στικός κατηγγύησε, πρεσβείαν πέπομφεν ὁ βασιλεὺς, αἰτίας
ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀπολύων, ὡς οὐκ ἀπὸ γνώμης
ἐπιβούλου καὶ πονηρᾶς, οὐδ' ἐπιθυμίας τιμῆς βασιλικῆς τὰ
τοιαῦτα νεωτερισθεῖη, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐν Βυζαντίῳ πόλεμον
10αἰκήμενον ἐξενεγκόντων κατ' αὐτοῦ, καὶ ἄκων εἰς ταῦτα ἐξε-
νηγεμένος ὅθεν καὶ τῶν πραγμάτων ἐπειγόντων, καὶ πρὶν
αὐτοῖς κοινώσασθαι τὴν γνώμην, ἃ αὐτῷ τε καὶ πᾶσι τοῖς
συνουσί λυσιτελεῖν ἐδόκει καταπεπράχθαι. ἤξιόν τε μὴ διὰ V. 364
τὰ τοιαῦτα δυσχεραίνειν ὡς περιοφθέντας, ἀλλ' εἴ τι καὶ B
15τῶν μὴ δεόντων γένοιτο, ἀνάγκη τῶν πραγμάτων προσλογί-
ζεσθαι. ἔπαρχος μὲν οὖν οὔτε τὴν πρεσβείαν προσεδέξατο,
οὔτ' εὐθύς πρὸς πόλεμον ἐκινήθη, ἀλλὰ τὴν κοινωνίαν μόνον
ἀπηγόρευεν. ὁμοίως δὲ καὶ πρωτοστράτορ πολλὴν τοῦ βα-
σιλέως ἀμνημοσύνην τῶν φίλων κατηγόρει, ὅτι δὴ αὐτὸν
20πολλὴν τῆς εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἀπόδειξιν ἐπι-
δεδειγμένον, ὡς τινα τῶν πολλῶν ὀλίγον διαφέροντα περιεΐδε,
καὶ ταῦτα τοιούτοις μέλλων ἐγχειρεῖν. οὐδὲν μέντοι δεινὸν
εἴργαστο τὸν πρεσβευτὴν, ἀλλ' ἐκέλευεν αὐτίς ἀναστρέφειν
πρὸς τὸν πέμψαντα. Συργῆς δὲ εἴτε καὶ ἐκ προφάσεώς τις

stratorem Synadenum, Thessalonicae tum praefectum, et Syrgem
Ntelenuziam, imperatoris Andronici consobrinum, Cypriorum regis
filium, Pherarum et ipsius praefectum, cuius etiam filiam, superstitē
adhuc imperatore, Manueli filio magni tum domesticus desponde-
rat, legatos imperator misit, culpam factorum a se removens, ista
scilicet non insidiosē et maligna mente, nec cupiditate maiestatis
imperatoriae molitum, sed propter Byzantinos, bellum non ante
denuntiatum sibi inferentes, huc se compulsum, et rebus ita postu-
lantibus, antequam cum ipsis posset communicare consilium, quae
visa essent sibi et sociis omnibus conducere, confecta esse; orabat-
que, ne idcirco quasi despecti indignarentur, sed si quid factum,
quod factum non oportuisset, rerum necessitati adscriberent. Prae-
tor igitur nec legationem admisit, nec ad bellum prorupit; sed
communione tantummodo recusavit. Perinde protostrator impera-
torem ut amicorum valde immemorem insimulabat, quod nimirum
se, qui tam multis annis tantam ei benevolentiam navasset, ut
quempiam paene vulgarem ac plebeium contempsisset, idque cum
rem tam arduam meditaretur; nihil tamen legato fecit mali, nisi
quod mox ad dominum suum reverti iussit. At Syrges sive ex an-

A.C. 1341 ἀρχαιοτέρας μηνίων, εἴτε καὶ τότε πρῶτον ἐκ τοῦ παρεω-
 C ρᾶσθαι ὑπωπτευκέναι πρὸς ὄργην ἐξήγητο, τοὺς τε λόγους
 τῆς πρεσβείας ὡς ἔχοντας οὐδὲν ὑγιές, ἀλλ' ἀπάτη συνσκευ-
 ασμένους, ἀπεπέμπετο, φάσκων ὡς, εἰ καὶ παρ' ἐκείνῳ τῶν
 μηδενὸς ἀξίων ἐνομίσθη, ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῖς ἔργοις ποιήσειν⁵
 καταφανές, ὡς τοὺς τε φίλους ὠφελεῖν καὶ τοὺς πολεμίους
 βλάπτειν δύναιτο τὰ μέγιστα· καὶ τοὺς πρέσβεις εἰς τὸ δε-
 σμωτήριον εἰσήγεν. οἱ Δημήτριός τε ἦσαν ὁ Κασανδρηνὸς καὶ
 Λάσκαρις, ὃς ἦν μέγας χαρτουλάριος τὴν ἀσίαν. ὄντος δὲ
 ἐν Φεραῖς οὐ βοσκημάτων μόνον πλήθους Καντακουζηνῶ τῶ¹⁰
 βασιλεῦ, ἀλλὰ καὶ πυρρῶν καὶ καρπῶν τῶν ἄλλων, διὰ τὸ
 D μεγάλας καὶ πλείστας κτήσεις μᾶλλον, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας
 πόλεις ἐντανθοῖ κεκτῆσθαι, πάντα ἐποιεῖτο ἴδια εὐθύς· δι'
 ἃ καὶ μᾶλλον ὑπωπτεύθη τὸν πρὸς ἐκείνον πόλεμον ἤρῃσθαι,
 συνιδῶν, ὡς ἔοικεν, ὡς ἐκ τῆς διαφορᾶς τῆς πρὸς ἐκείνου¹⁵
 μείζω δύναιτο καρποῦσθαι, ἢ τῆς ὁμοιοῦσας, εἴγε καὶ τῶν
 πρώτων καὶ μεγίστων ἀπολαύει παρ' αὐτῇ τιμῶν. οὐ μόνον
 γὰρ ἐκείνων τοσούτων ὄντων κύριος ἦν εὐθύς, ἀλλὰ καὶ τοὺς
 φίλους διηρεύνα, οἱ ἦσαν ἐν Φεραῖς πολλοί. καὶ πάντων τὰς
 οὐσίας ἀφαιρούμενος, ἐκόλαζεν ἀπανθρώπως. ἦν γὰρ δῆ²⁰
 πρὸς τοῦτο πρότερόν τε ἔχων μάλιστα ἐπιρροεπῶς καὶ τότε
 μάλιστα ἐφιλονεῖκε μηδεμίαν ὠμότητος ὑπερβολὴν ἀπολι-
 πέϊν. πολλῶ γὰρ τῷ μέτρῳ τοὺς ἐν Βυζαντίῳ παρήλασεν ἐν

9. Λάσκαρ P.

tiquiore quadam causa succensens, sive tum primum, quod se con-
 temptum suspicaretur, excandescens, et verba legatorum ut nihil
 sincerum continentia, sed dolose conficta, reiecit, addens, etsi a
 Cantacuzeno inter homines trioboli esset numeratus, tamen re ipsa
 declaraturum, se cum amicis prodesse, tum inimicis obesse posse quam-
 plurimum, et legatos in carcerem inclusit: Demetrium nempe Cas-
 sandrenum et Lascarim, magnum chartularium. Cumque Cantacu-
 zenus Pheris haberet non solum pecoris, sed et tritici aliarumque
 frugum ingentem numerum, propterea quod ampliores ac plures ei
 hic, quam apud urbes alias possessiones erant, omnia statim ad se
 avertit: quo firmior suspicio fuit, armis imperatorem appetiturum;
 quod sciret (ut est credibile) maiores ex dissidio cum illo, quam ex
 concordia fructus sese percepturum, quantumvis primis ab eo amplis-
 simisque honoribus augetur. Nec ex his solum tam opulentus subito
 evadebat: sed insuper amicos eius, qui permulti Pheras incolebant,
 scrutabatur bonisque omnibus nudatos immaniter puniebat. Et
 cum antea ad hoc esset propensissimus, tum praesertim nihil ad
 crudelitatem reliqui facere contendeat et Byzantinis longo inter-
 vallo superabat in omnibus, si verborum contumelias excipias: in

πᾶσι, πλὴν τῆς ὕβρεως· ἐν τούτῳ γὰρ μόνῃ σωφρονοῦντα A. C. 1341
 ἑαυτὸν παρέσχετο. τὴν τε μνηστειάν τῆς θυγατρὸς, ἣν πρό- P. 452
 τερον πρὸς τὸν βασιλέως υἱὸν πεποίητο, διέλυσε. τότε μὲν
 οὖν χειμῶνος ἔξαισίου ἐπιγενομένου, ἣ τε ἐκ Βυζαντίου καὶ
 5 ἣ ἐκ Διδυμοτείχου στρατιὰ ἠσύχαζον, μὴ δυνάμενοι ἀλλή-
 λους ἀντεπεξίεναι διὰ τὸν χειμῶνα. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ πρω-
 τοστράτωρ ἐκ Θεσσαλονίκης, ὅτι τὴν βασιλέως ἀπειπάτο πρε-
 σβείαν, μεταμεληθεὶς, τῶν οἰκειοτάτων πέμψας τινὰ, κρύφα
 διελέγετο ὡς Θεσσαλονικὴν παραδώσων. εἶναι γὰρ αὐτῷ τοὺς
 10 συμπράττοντας ἐκεῖ πολλοὺς, συνεβούλευέ τε μὴ μέλλειν, ἀλλ'
 ἅμα ἦρι ἦκειν πρὸς αὐτὸν, ὡς πολλῆς αὐτῷ ὠφελείας ἐσο-
 μένης ἐξ ἐκείνου. ὁμοίως δὲ καὶ Χρέλης, ὃς ἦν πρότερον B
 πρὸς Ἀνδρονίκον τὸν βασιλέα ἠντομοληκῶς ἐκ Τριβαλῶν,
 στρατιώτας τε ἔχων χιλίους καὶ πόλεις τρεῖς παραδεδωκῶς,
 15 ἄς Ῥωμαίων οὖσας ὑπηκόους κατὰ τὸν πρὸς ἀλλήλους τῶν
 Ἀνδρονίκων βασιλέων πόλεμον κατέσχον οἱ Τριβαλοὶ, τῶν
 κατεχόντων Ῥωμαίων παραδόντων· οὗτος δὲ οὖν ὁ Χρέλης
 χρήμασί τε ἐρῶμένος καὶ στρατιὰν ἔχων ἀξιόλογον ὑφ' ἑαν-
 τῷ καὶ πρότερον βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἐς τὰ μάλιστα
 20 φίλος ὢν, (δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ Ἀνδρονίκῳ προσῆλθε τῷ βασι-
 λεῖ,) πέμψας καὶ αὐτὸς, ὅτι τε αἰροῖτο ἐδήλου τὰ ἐκείνου,
 καὶ παρῆναι καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν ἐσπέραν μᾶλλον τρέπε-
 σθαι, ὡς οὐ φανύλης τινὸς ἀντόθεν ἐσομένης ὠφελείας. βα- C
 σιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνός, ἐπεὶ ἕαρος ὥρα ἦδη ἦν, ἐκκλη- A. C. 1342

15. ἄς — ὑπηκόους om. P.

hoc quippe uno modestius se gerebat. Connubium autem filiae,
 quod prius filio imperatoris promiserat, rescidit. Tunc igitur ob
 inclementiam hiemis, quae Byzantio exierant et quae Didymotichi
 erant copiae, concurrere nequiverunt. Interim protostrator facti
 poenitens, quod legationem repulisset, per intimum quendam oc-
 culte urbem Thessalonicam imperatori se traditurum pollicetur: esse
 enim illic, qui ei faverent, quam plurimos: et monebat, ne cun-
 ctaretur, sed veris initio accederet; multum se eius rationibus com-
 modaturum. Similiter et Chreles, qui aliquando ex Triballis ad
 Andronicum transfugerat, sese cum mille militibus et tribus oppidis
 dederat, quae Romanis subiecta, Andronicis inter se belligeranti-
 bus, Triballi, incolis deditionem facientibus, occuparant. Hic itaque
 Chreles a pecunia instructus et exercitum sub se non aspernandum
 habens et antea imperatori Cantacuzeno amicissimus (per quem et
 Andronici amicitiam adeptus fuerat), misit ipse quoque significatum,
 se eius partes sequi, cum cohortatione, uti ad occidentem se con-
 verteret; utpote non minimos ibi utilitatis fructus inventurus. Can-

- A. C. 1342 *σίαν συναγαγὼν ἐκ τῶν συνόντων, πρὸς ὅ,τι χορῆ τρέπεσθαι*
 V. 365 *ἑσκέπτοντο. ὅσοι μὲν οὖν ἐκ Βυζαντίου ἦσαν, τὴν εἰς Βυζάντιον*
μᾶλλον συνεβούλευον αἰρεῖσθαι εἰσβολὴν, ὡς ἦν κρατήσωσιν ἐ-
κείνου, (εἶναι δὲ οὐκ ἀγενεῖς ἐλπίδας, πολλῶν ἐκεῖ τὰ βασιλέως
ἤρημένων,) μεγάλων ἀπαλλαζόμενοι καὶ πόνων καὶ κινδύνων.
 οἱ δ' ἑσπέριοι τοῖς ἐκ τῆς ἑσπέρας προσέχριν ἦγοντο μᾶλλον πράγ-
 μασι δεῖν, ὡς οὐκ ἐκπεπολεμημένοις βασιλεῖ, ἀλλὰ προσχωρήσου-
 σι διὰ τὴν εὐνοίαν ῥαδίως. τὰ δ' ἐν Βυζαντίῳ μεγάλης δεῖσθαι
 τῆς παρασκευῆς, πολλῶν ὄντων ἐκεῖ τῶν πολεμιωτάτων βασι-
 D λει καὶ τοὺς ἄλλους ἐνάγοντων πρὸς τὸν πόλεμον. οἷς δεῖτο
 ἐπιστρατεύειν ἐπανήκοντας ἐκ τῆς ἑσπέρας καὶ μεγάλην ἐκεῖ-
 θεν περιβεβλημένους δύναμιν. τὸ μέντοι μισθοφορικὸν τῆς
 στρατιᾶς καὶ ὅσοι τῶν βασιλέως ἦσαν οἰκετῶν, διεφέροντο
 πρὸς οὐδὲν, ἀλλ' ἔτοιμοι ἦσαν πρὸς ὅ,τι ἂν βασιλεῖ δοκῆ λυ-
 σιτελεῖν τρεψόμενοι καὶ αὐτοί. βασιλεὺς δὲ οὐκ ἔφρασκε δεῖν
 τοὺς ἐκ τῆς ἑσπέρας καλοῦντας ὄντας τηλικούτους περιορᾶν.
 καὶ μὴ καλούντων γὰρ, εἰ μόνον ἐλπίς τις ὑπεφαίνετο βε-
 βαία τοῦ προσάξασθαι αὐτοὺς ἐκεῖ παραγενομένους, ἤμην ἂν
 οὐδεμιᾶς ἀπηλλαγμένοι μέμψως, εἰ τοιαύτην δύναμιν προεί-
 P. 453 μεθα ἐκόντες· νυνὶ δὲ, καλούντων τε αὐτῶν καὶ βεβαία
 τῶν ἐκεῖ πραγμάτων παρεχόντων τὴν παράληψιν, οὔτε λυσι-
 τελεῖς, οὔτε σῶφρον παριδεῖν· ἀλλὰ δέον καὶ τὴν ἐκείνων
 προσλαβόντας δύναμιν, οὕτω χωρεῖν ἐπὶ τοὺς ἄλλους. δέος

18. προσάξασθαι P.

tacuzenus cum iam vernum tempus adesset, coacto suorum concilio, quo eundum esset, deliberabat. Byzantini omnes expeditionem Byzantinam antecapiendam decernebant: nam si ea urbe potirentur (esse autem potiundi praeclaram spem, multis ibi imperatoris partes amplectentibus,) magnis deinceps et laboribus et periculis fore liberos. Occidentales autem magis ad res occidentis incumbendum censebant, quippe haud efferatis illic in imperatorem mortalibus ac proinde ob benevolentiam non difficile ad eius imperium accessuris. Adversus Byzantinos opus fore magno apparatu, quando illic multi sint eius hostes acerbissimi, qui et alios ad arma exsuscitent: in quos ab occidente auctos potentia reversos, movere oportet. Mercenarii et domestici imperatoris nullum discrimen faciebant, parati ire, quo ille consultum putaret: cuius haec fuit sententia. Occidentales ultro vocantes et tam multi haud negligendi sunt, qui si vel non vocarent, et solum aliquid exploratae spei subostenderetur, ad nos se adiungerent, si ibi essemus. Tanta igitur accessione virium sponte dimissa, quam vituperationem non mereremur? Nunc quoniam ipsi accersunt et certum est, non rerum illic potituros, non habet quidquam nec utilitatis, nec prudentiae,

γὰρ, μὴ καὶ ταύτης ἀμελήσαντες, ἀντὶ συμμάχου καὶ φίλης A.C. 1342
πολεμίας πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔσομεν.” οὕτως εἰπόντος βασιλέως,
καὶ οἱ ἄλλοι ἐπεψηφίζοντο, οἱ μὲν ἐκόντες, οἱ δ' ἀνάγκη.

ββ'. Πρὸς μὲν οὖν Διδυμοτείχῳ βασιλίδα τὴν γυναῖκα B
Ἐκατέλιπεν ὁ βασιλεὺς ἅμα θυγατράσι τρισὶ καὶ δουκὶ Νικη-
φόρῳ τῷ δεσπότητος παιδί, ἧ Μαρίαν συνήκησε τὴν θυγατέρα,
ἀδυνάτως ἔχοντι στρατεύεσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν, (ἔτι γὰρ πα-
ρήμειβε τὴν παιδικὴν,) στρατιάν τε ἰπικὴν, ὅσην ᾗετο ἀρ-
κέσειν πρὸς τὰς ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων καὶ Βυζαντίου ἐφό-
10δοὺς ἔσομένας. πρὸς γὰρ τοῖς ὕστερον ὀλίγῳ ἐπιγενομένοις
χίλιοι ἦσαν. ὧν ἤρχον Μανουὴλ ὁ Ταρχανειώτης καὶ ὁ Φα- C
κρασῆς Γεώργιος καὶ τρίτος ὁ τῆς αὐτῆς ποιμμικῆριος Πα-
λαιολόγος ὁ Ἰωάννης, καὶ ὁ Γλαβᾶς Γεώργιος σὺν τούτοις. ἐπὶ
δὲ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας οὔσης πολλῆς, ἑτέροισι ἐπέ-
15στησεν ἄρχοντας ὀκτώ, ὧν ἤρχεν ἕκαστος χιλίων τοξοτῶν.
στρατηγὸν δὲ ἐπὶ πᾶσι τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνην κατέ-
λιπε τὸν Μανουὴλ. πόλεων δὲ τῶν κατὰ τὴν Θράκην ἀπα-
σῶν οὐδεμίᾳ αὐτῷ προσεῖχεν, ἀλλὰ πᾶσαι πρὸς βασιλίδα συν-
απέστησαν, πλὴν τοῦ Ἐμπυθίου φρουρίου, ὃ αὐτῷ, περιόν-
20τος ἔτι βασιλέως, ᾤκοδόμητο αὐταῖς κρηπίδιν. αὐτὸς δὲ τοὺς
τε υἱοὺς ἔχων Ματθαῖον καὶ Μανουὴλ καὶ τὸν γυναικὸς ἀδελ- D
φὸν Ἀσάνην τὸν Ἰωάννην, ἔτι τε Ἄγγελον Πιγκέρον τὸν
ἀνεψιὸν, καὶ τῶν εὐγενῶν καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων οὐκ V. 366

tantae opportunitati deesse: sed illorum quoque assumendae vires et sic demum alii subiugandi sunt. Timendum quippe, si eos non curaverimus, ne pro amicis et sociis hostes una cum ceteris experiamur. His et aliis pars volens, pars invita calculum adiecerunt.

32. Igitur apud Didymotichum coniugem cum tribus filiabus et Nicephorum ducem, despotae filium, (cui Mariam filiam desponderat quique per aetatem imbecillam ac puerilem tolerare militiam nondum poterat,) et turmas equestres, quot nimirum contra aliarum urbium et Byzantii impetum suffecturas credebat, reliquit. Erant autem praeter eos, qui paulo post supervenerant, equites mille: quorum duces Manuel Tarchaniota, Georgius Phracases, Ioannes Palaeologus, aulae primicerius, et Georgius Glabas. Suburbanis valde amplis praefectos octo, quorum quisque mille sagittarios regebat, et primum omnium ducem Manuelem Asanem, uxoris fratrem, constituit. In Thracia urbes universae simul, eo neglecto, ad Augustam se aggregarunt; castellum Empythium, quod ipse adhuc vivo imperatore a fundamentis exaedificarat, in fide manebat. Ipse Matthaeum et Manuelem filios, et uxoris germanum Ioannem Asanem, nec non Angelum Pincernam consobrinum, nobiliumque et consanguineorum multos secum habens, cum numero et forti ex-

- A.C. 1342 ὀλίγους, τὴν στρατιὰν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν οὖσαν παραλαβῶν, ἐξῆλθε Διδυμοτείχου πέμπτη Μαρτίου ἱσταμένου τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος. προὔπεμπέ τε ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον τὸν Παλαιολόγον, τὸν δεσπότη Μιχαὴλ τοῦ δουκὸς υἱόν, ὡς δι' αὐτοῦ τῶν δοκούντων λυσιτελεῖν τινα προπαρασκευασόμενος.⁵ ὁ δ' αὐτίκα πρὸς Συργὴν ἀφίστατο ἐν Φεραῖς, εἴτε περὶ τῆς οἰκίας δείσας, (Φεραῖοις γὰρ συνήκει,) εἴτε καὶ οἰωνοσάμενος ἐκ τῆς τῶν πόλεων ἀποστασίας, ὡς οὐ κατὰ ῥοὴν βασιλέως Καντακουζηνοῦ τὰ πράγματα χωρήσει. βασιλεὺς δὲ, καίτοι τῶν πραττομένων οὐ πάνυ χρηστίας ἐλπίδας πα-¹⁰ ρεχόντων, τὴν στρατιὰν ἔχων ἐστρατοπέδευεν ἐν Βήρα.
- P. 454 ἀφθονίαν δὲ ἐκεῖ τοῖς ἵπποις τοῦ τόπου παρέχοντος τροφῆς, (οὐπω γὰρ ἦν ἀπολαύειν ἀφθόνου πανταχοῦ διὰ τὴν ὥραν, ἄρτι ἀρχομένου ἔαρος,) παρέμεινεν ἡμέρας οὐ πολλὰς. ἐν ταύταις δὲ τοῦ φρουρίου ἀπεπείρα, εἰ δύναίτο κατασχεῖν ὁ-¹⁵ μολογία. βία γὰρ παραστήσασθαι οὐκ ἤθελε διὰ τὸ μοναχοὺς τὸ φρούριον κατοικεῖν, συνορῶν ὡς, εἰ βία κρατηθεῖη, οὐδὲν ἔσται λοιπὸν, ἢ ἀνάστατον γίνεσθαι τὴν μονὴν πολέμου νόμῳ πορθουμένην. οὗ δὴ ἔνεκα οὐδὲ συντόμως ἐπολιόρκει, ἀλλὰ δόκησιν παρεῖχε μόνον, ὡς πρὸς τειχομαχίαν²⁰ παρασκευαζόμενος. μοναχοὶ δὲ οἱ ἔνδον ὄντες καὶ ὁ ἄλλος Βόμιλος ἐξ ἀγροικῶν συνειλεγμένοι, εἴτε διὰ τὴν ἀποστασίαν δεδοικότες, (τὴν γὰρ βασιλέως πρότερον φρουρὰν καὶ τὸν ἄρχοντα, ὃν ἐπέστησεν αὐτοῖς, ἀπάτη κατασχόντες δεσμώτας

16. παραστήσεσθαι P.

exercitu Didymoticho egressus est tertio Nonas Maias, indictione decima, praemisso Constantino Palaeologo, Michaelis ducis despotae filio, cuius opera, quae in rem essent, praepararet; qui mox Pheris ad Syrgem defecit, sive quod domui suae timeret, (illic enim habitabat,) sive quod ex urbium defectione Cantacuzeni fortunam afflictum iri augurabatur. Imperator, tametsi ex antea tempore non bonae spes assulgerent, ad Beram constitit. Qui locus cum equis laetum pabulum affatim suppeditaret, non enim id ubique (ut vere adhuc recenti) suppetebat, dies ibidem non multos consumpsit, in quibus castellum tentavit, si per deditionem occupare posset: vi enim subigere propter monachos incolas nolebat. Videbat enim, si vi caperetur, lege militari monasterium quoque diruendum. Quam ob causam nec assidue obsidendo oppugnabat; sed opinionem tantum praebebat, quasi se ad muros adoriundos compararet. Monachi vero, qui intus erant, et alia turba ex agrestibus collecta, an propter defectionem trepidi, (prius namque imperatoris praesidium et praefectum ipsis datum fraude circumventos

ἔπεμψαν εἰς βασιλίδα,) εἶτε καὶ τρόπῳ δὴ τινι ἑτέρῳ, ἡμῶν. A. C. 1342
 νοντό τε καρτερώτατα ἀπὸ τῶν τειχῶν ὑγχρωτάτων ὄντων
 ἐκ κατασκευῆς, καὶ οὐδ' ἄκροισι ὡσὶ προσίεντο τοὺς περὶ
 συμβάσεως λόγους. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Βατάτζης Ἰωάννης
 5 ἐκ Βυζαντίου νυκτὸς διαλαθὼν, (οὐ γὰρ ἀσφαλῶς τὸ φρού-
 ριον ἐπολιορκεῖτο διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν,) ἅμα ὀλίγοις στρα-
 τιώταις εἰσελθὼν, περιεποίησέ τε τὸ φρούριον βασιλίδι καὶ βα-
 σιλεῖ τῇ Καντακουζηνῷ τὴν ἐπιχείρησιν ἀνέλπιστον ἐποίει. Ἄ- C
 ναστήσας τοίνυν ἐκεῖθεν τὴν στρατιάν, εἰς τὴν Ἀναστασίου πό-
 10 λιν, ἣ Περιθεωρίον ὑπὸ βασιλέως Ἀνδρονίκου προσηγόρευτο,
 ἐγένετο. καὶ περιεκάθητο πολιορκῶν ἐν τέσσαρσι καὶ εἰκοσιν
 ἡμέραις. ἦν γὰρ δὴ καὶ πρὸς Χρέλην καὶ πρωτοστράτορα
 τὸν Συναδηρὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ τοὺς μηνύσοντας τὴν ἐκείνου
 15 ἀφίξιν πεπομφῶς, καὶ περιέμενε μαθεῖν, εἰ τὰ ἴσα ὡσπερ
 καὶ πρότερον περὶ αὐτοῦ διανοοῦνται. Βατάτζης δὲ τοὺς τε
 στρατιώτας, οὓς ἐκ Βυζαντίου ἦκεν ἔχων ἐπαγόμενος, καὶ ἐκ
 τῶν κατὰ τὴν Θράκην καὶ Ῥοδόπην πόλεων οὐκ ὀλίγην στρα-
 τιάν συνειλοχῶς, οὐκ ἀξιόμαχον δὲ ὅμως πρὸς τὴν βασιλέως, D
 (ἦν γὰρ δὴ ἐκ βασιλίδος καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὰ πράγματα
 20 ἀγόντων τὸν πρὸς ἐκεῖνον ἐπιτετραμμένος πόλεμον,) ἐφείπετο
 οὐκ ἐγγύθεν, ἀλλὰ μιῦς ἡμέρας ὁδὸν διέχων, διὰ πολλῆς ποι-
 ούμενος σπουδῆς τὸ μὴ τῇ βασιλέως στρατιᾷ περιτυχεῖν.
 ἦδει γὰρ οὐ χωρὶς ζημίας ἀπαλλάξων. Περιθεωρίου δ' ὑπὸ
 βασιλέως πολιορκουμένου ἀκριβῶς, πᾶσαν μὲν ἐκίνει μηχανήν,

vinculisque implicitos ad imperatricem miserant, an etiam alia qua-
 dam de causa, e muris structura validissimis animosissime se de-
 fendebant, nec de compositione verbum audire sustinebant. Interea
 Ioannes Batatzes Byzantio noctu clam, (propter causam enim iam
 expressam castellum certo constanterque non oppugnabatur) cum
 parva manu ingressus, id sub Augustae imperium rededit et Canta-
 cuzeno eius obtinendi spem abstulit. Moto igitur inde exercitu,
 Anastasiopolim (Andronicus Peritheorium appellavit) processit, quam
 per dies quatuor et viginti circumsidens oppugnavit. Etiam ad Chre-
 lem et protostratorem Thessalonicam de adventu suo miserat et
 nosse auebat, num idem esset eorum erga se animus, qui hacten-
 us. Batatzes porro, cui ab imperatrice rerumque rectoribus belli
 contra Cautacuzenum administratio commissa erat, cum militibus,
 quos Byzantio adducebat, et ex Thraciae ac Rodopes urbibus non
 modica adiuncta manu, quia se imperatori imparem cernebat, non
 prope, sed intervallo unius diei insequabatur, perquam sollicitè ca-
 vens, ne in eius copias incideret: sciebat enim, sine clade se non
 evasurum. Peritheorio autem ab imperatore arcte obsesso, omnem
 rudentem movebat, ut cum paucis quibusdam (quia cum pluribus

- A.C. 1342 ὡς ἅμα τισὶν ὀλίγοις, εἰ δύναιτο, (πλείοσι γὰρ οὐκ ἐνῆν διαλαθεῖν,) παρελευσόμενος εἰς τὴν πόλιν καὶ φυλάξων. ἦννε δὲ οὐδέν, βασιλέως τῆς πολιορκίας συντόμως ἐχομένου καὶ διὰ πάσης ποιουμένου φυλακῆς. μηχανήματά τε γὰρ παντο-
- P. 455 διαπὰ καὶ κλίμακας πρὸς τὴν τειχομαχίαν παρεσκεύαζε. Βα-5 τιάττης δὲ οὐδενὶ τρόπῳ τοῖς πολιορκουμένοις βοηθεῖν δύναμενος, πρὸς βασιλέα πέμψας τὴν τε εὐνοϊαν ὁμολόγει τὴν προτέραν, καὶ ὡς οὐδέν ἦτιον ἢ πρότερον, καὶ νῦν εὐνους τέ ἐστιν αὐτῷ καὶ τῶν μάλιστα φιλοῦντων. ἀνάγκη δὲ τὸν
- V. 367 πόλεμον ὑπελθεῖν τοῦ μὴ παρὰ τοῖς ἄρχουσι Ῥωμαίων ὑπο-10 πτεῦσθαι. οὗ δὴ ἔνεκα καὶ νῦν τὰ δοκοῦντα λυσιτελήσειν συμβουλευεῖν. κήδεσθαι γὰρ οὐ Ῥωμαίων μόνον τὰ ἔσχατα ἐκ τοῦ πολέμου πεισομένων, ἀλλὰ καὶ σοῦ διὰ τὴν φιλίαν. ταῦτα δὲ ἐστι· τὸν πόλεμον καταθέμενον, σπονδὴς ποιήσα-
- B σθαι πρὸς βασιλίδα περὶ τῆς εἰρήνης. καὶ εἶγε κατὰ γνώμην 15 αὐτῷ εἶη, αὐτὸν πρὸς βασιλίδα ἧ τάχιστα δύναιτο ἀπελθόντα διαλέξεσθαι περὶ εἰρήνης. οἶεσθαι δὲ καὶ πείσειν ῥᾶστα, τὴν δύναμιν, ἣν ἔχεις, φανεράν ποιήσαντα. ἐκείνους γὰρ τῶν λίαν οἰομένους ἀσθενεστάτων προθύμως ὠρμησθαι πρὸς τὸν πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Βατάττης τοιαῦτα ἐπρεσβεύετο. βασι-20 λεύς δὲ ἀσμένως τε ἐδέξατο τοὺς λόγους καὶ πρὸς τινα ἐκέλευε τόπον συνελθεῖν αὐτῷ, ἐν ᾧ περὶ τοῦ ἧ χρῆ γενέσθαι τὴν εἰρήνην διαλέξονται· μηδέν τε μελλήσας, πρὸς τὸν συντεθειμένον ἦλθε τόπον τὸν Βατάττην περιμένων. ὁ δ' εἶτ'

non licebat) clandestine in urbem eius tutandae irrumperet. Sed frustra. Nam imperator assidua obsidione instabat et omnes aditus custodia sepiebat, machinasque omnigenas et scalas ad moenia conscendenda comparabat. Batatzes cum obsessis nulla via posset succurrere, ad imperatorem mittens et pristinam benevolentiam proficitur, et aequae ut prius studiosissimum illius fore promittit: ad vitandam vero suspicionem apud Romanorum archontas se huic bello submittere debuisse. Quamobrem et nunc, quae conductura iudicet, suasurum. Nam, ut amicum, esse sollicitum, quod bellum hoc non Romanos modo, sed ipsum quoque Cantacuzenum gravissime afflicturum sit. Esse autem haec, quae suadeat. Ut positus armis foedus pacis cum imperatrice feriat et, si placeat, ipse quam primum ad eam proficiscatur, de pace cum eadem acturus: quam utique flexurus sit, si suam illi potentiam declararit; nam quod infirmissimum putarent, ideo adversarios eius ad arma provolasse. Talia Batatzes per internuntium: cuius consilium imperator libenter audivit seque certo loco convenire iussit, ubi de pacis conditionibus inter se colloquerentur; et ipse sine mora ad pactum locum venit, Batatzen exspectans, qui sive suoapte nutu, sive alterius im-

αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ, εἴθ' ἑτέρον συμβουλευόντος πεισθεὶς, εἰς A.C. 1342
 τὴν ὑστεραίαν ἀνεβάλλετο, τῆς μὲν εἰρήνης ὑμῶν τῶν βασι- C
 λέων μάλιστα βούλεσθαι, εἰπὼν, αἰτιώτατος γενέσθαι, δεδοι-
 κέναι δὲ, μὴ οὐδεμίαν ὄνησιν ἑκατέροις παρασχόμενος ἑαυτῷ
 5 τῶν μεγίστων συμφορῶν αἰτιώτατος κατασταίῃ. διὸ οὐδὲ
 πρὸς αὐτὸν τετολημῆναι νῦν ἔλθεῖν. τοὺς γὰρ ἐν Βυζαντίῳ
 τῶν πραγμάτων ἄρχοντας, καίτοι μηδεμίαν ὑποψίας πρόφα-
 σιν παρασχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνοις δοκοῦντα πύση πρᾶτ-
 10 τονται σπουδῇ, καὶ αὐτοῦ ἀφεστηκῶτι διὰ τὸ μὴ τὴν τῶν ὄν-
 τῶν στέρησιν καὶ φιλτάτων καὶ γυναικὸς φέρειν δύνασθαι,
 ὅμως οὐδὲν πεπεικέναι ὡς πιστῷ περὶ αὐτοὺς προσέχειν, ἀλ-
 λά πρόφασιν τινα ζητεῖν, ἐξ ἧς διαφθεροῦσιν. ὧν ἕνεκα D
 οὐδ' ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, ὡς περ εἶπεν, εἰς Βυζάντιον δύνα-
 σθαι ἔλθεῖν. βασιλεὺς δὲ εἰρήνης μὲν ἔφρασκε καὶ μάλιστα
 15 ἐπιθυμεῖν οὐχ ἑαυτοῦ μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων ὠφελεία; ἕνεκα,
 εἰς προὔπτον δὲ κίνδυνον ἐμβάλλειν ἑαυτὸν οὐδένα ἀναγκά-
 σειν, βλάπτοντα δὲ μηδένα, τό γε εἰς αὐτὸν ἦχον, θεῶ τῷ
 πάντα ἐφορῶντι ἐπιτρέψειν τὰ κατ' αὐτόν.

λγ'. Οὐ τότε δὲ μόνον περὶ τὴν διάλυσιν εὐχερῆς Kan-P. 456
 20 κακουζητὸς ὁ βασιλεὺς ὤρᾳτο, ἀλλὰ καὶ Διδυμοτείχῳ ἐνδια-
 τρίβων ἔτι, μετὰ τὸ ἄπαξ καὶ δις πρὸς βασιλίδα πρεσβεύ-
 σουσθαι περὶ εἰρήνης, ἐπεὶ οὐδὲν ἐπεικὲς περὶ τοὺς πρέσβεις
 ἠγγέλλετο εἰργασμένον, πρὸς τὸν πατριάρχην κρούφα γράμ- B
 ματα διεπέμπετο περὶ εἰρήνης, ἐν οἷς τῶν τε ἐπ' αὐτοῦ γε-

pulsu, adventum suum in diem posterum distulit, affirmans, velle se quidem pacis inter imperatores conciliandae promum condum esse; timere tamen, ne, cum neutri parti commodarit, sibimet maximarum calamitatum maximus auctor fiat. Idcirco ad ipsum in praesens veritum accedere. Nam qui Byzantii summae rerum praesideant, quamvis nullam suspicionis occasionem danti, immo vero quae ipsis placerent, perstudiose praestanti et ab eo deficienti, (quod fortunarum carissimorumque liberum et uxoris amissionem ferre non posset,) tamen nondum fidem habere, sed ipsius interimendi praetextum quaerere. Quocirca nec pro sequestre pacis, ut dixerit, Byzantium ire posse. Imperator pacis non tam suae, quam alienae utilitatis gratia se cupidissimum esse respondit; nihilo minus haud quemquam in discrimen praevium adacturum, seseque neminem, quod ad ipsum attineat, laedentem, Deo omnia inspectanti fortunas suas commissurum.

33. Neque vero tunc tantummodo Cantacuzenus imperator ad pacificationem propensus ac facilis cernebatur, sed etiam Didymoticho ea per oratores ab imperatrice semel iterumque petita, postquam illis nihil pro aequo et bono factum audivit, ad patriarcham

A.C. 1342 γενημένων ὄρκων ἀνεμίμησε μεταξύ βασιλίδος καὶ αὐτοῦ. οὓς ἔφρασκεν ἀκριβῶς αὐτὸς τηρῶν, ὑπὸ βασιλίδος παρασπονδούσης πολεμείσθαι, συκοφάνταις ἀνθρώποις καὶ διεφθοροσί πεπεισμένης· ἔτι δὲ καὶ τῶν αὐτῶ γεγενημένων ὄρκων πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐ περιόψεται ὑπὸ συκοφαντῶν αὐτὸν διαβαλλόμενον, ἀλλὰ πᾶσαν ἐνδείξεται σπουδὴν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἢ τάλη-5
 V. 368 θέστερον εἰπεῖν, ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίου. ἃ δὴ εἰς τὸνναντίον περιέστη, καὶ ὁ πόλεμος ἐξ ἐκείνου ἔσχε τὴν ἀρχὴν, ὑφ' οὗ
 C κωλύεσθαι δικαιοτέρος μᾶλλον ἦν. ἐδεῖτό τε μὴ τοιαῦτα γινόμενα περιορᾶν, ἀλλ' ἔλεον λαβόντα τῶν ἀπολλυμένων ἀνθρώπων¹⁰ παρὰ πάντα τοῦ δικαίου λόγον, στῆναι πρὸς τὴν συμφορὰν καὶ τὰ πολλῶν δεινότερα ἐσόμενα κωλύσαι, καταλύσαντα τὸν πόλεμον καὶ διαλλακτὴν γεγενημένον βασιλίδος καὶ αὐτοῦ, ὅπερ μάλιστα αὐτῶ προσήκειν, πατρὶ κοινῶ καὶ διδασκάλῳ δικαιοσύνης ὑπὸ τοῦ θεοῦ κεχειροτονημένῳ. πάντως δὲ οὐδὲν ἔργον ἔσται, οὐδέ¹⁵ πολλῶν δεήσει λόγων πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον ὀφθῆναι, καὶ πᾶσα πρόφασις πολέμου περιαιρεθήσεται. εἰ δ' ἄρα τούτων μηδενὸς μελήσει, μηδὲ τὴν προσήκουσαν περὶ τὴν εἰρήνην ἐνδείξεται σπουδὴν, αὐτὸν μὲν ὀκνεῖν εἰπεῖν, πᾶσι δὲ εἶναι καὶ
 D σιγήσαντος καταφανές, ὡς ἐκ τῶν αὐτοῦ χειρῶν τὰ ἐκχυθησόμενα²⁰ τῶν ἀνθρώπων αἵματα θεὸς ὁ δίκαιος ἐκζητήσει κριτῆς. ἡξίου τε, μὴ διὰ δειλίαν τὰ τοιαῦτα νομίζειν δεῖσθαι· τὴν

13. γεγενημένου P.

secreto litteras scripsit, eumque iuramenti inter se et imperatricem coram eo concepti admonuit, quod ipse religiose servans, ab illa foedifraga, sycophantis et pestilentibus quibusdam hominibus fidem habente, armis lacesseretur. Insuper in memoriam redigebat, quae ipse patriarcha sibi cum sacramento promississet, non passurum calumniis opprimi, sed pro ipso, aut, ut verius dicam, pro iustitia nullam contentionem defugiturum. Quae in contrarium conversa sint, cum bellum ab eo exordium ceperit, a quo id reprimi aequius fuisset. Obsecrabat item, ne haec permitteret, sed misericordia praeter ius fasque pereuntium captus, calamitati occurreret et, quae multo adhuc atrociora impenderent, bello dissipando averteret: quodque illi, ut communi parenti ac magistro iustitiae a Deo electo, pulcherrimum esset, inter se et imperatricem concordiam instauraret. Omnino autem nihil fore negotii, neque multa illi verba ad eam facienda; sed solo adspectu arma statim revocatum iri. Sin horum nihil ei curae fuerit, nec studio, quo decet, pacem curaverit, ipsum quidem vereri dicere, quod tamen vel tacente se notum sit omnibus, effusum sanguinem de manu eius a iusto iudice Deo requirendum. Rogabat etiam, ne timore aliquo haec peti existimaret, quando eorum copias ipse multis partibus superaret; sed ideo,

γὰρ ἐκείνου στρατιῶν πολλῶ τῷ μέτρῳ τῆς ἐκείνων ὑπερέχειν Ἀ. C. 1342
 ἀλλ' ὀρῶντα τὸν πόλεμον, ὡς μεγάλων ἔσται συμφορῶν αἴ-
 τιος Ῥωμαίοις, καὶ δευδοκίῳ τὴν ἐκεῖθεν βεβιωμένων βάσα-
 νον ἀνθρώποις μηδεμίαν ὡς οἶόντε μάλιστα ἐν τοῖς προσδο-
 5 κωμένοις κακοῖς αἰτίαν παρέχεσθαι πειροῦσθαι. ὃν δὲ κατ'
 αὐτοῦ ἐξεῖπε καὶ τῶν συνόντων ἐφορισμὸν, ἡγεῖσθαι μὲν δει-
 νόν, πῶς γὰρ οὐ; οὐδὲν δὲ εἶναι πρὸς αὐτόν. εἰ γὰρ βασι- P. 457
 λέως, ὥσπερ αὐτοὶ φασιν, ἐπεβούλευσε τοῖς παισὶν ἐπιτοκή-
 σασ, εἶχεν ἄν τινα πρὸς ἐκεῖνον δύναμιν τὰ εἰρημένα. εἰ δὲ
 10 τοῦτων μὲν οὐδὲν οὔτε εἴργαστο, οὔτε ἐνεθυμήθη, ἐμμένον-
 τος δὲ αὐτοῦ τοῖς ἐξαρχῆς καὶ τοὺς ὄρκους τηροῦντος βεβαί-
 ως, ὑπὸ φθόνου καὶ συκοφαντίας αὐτοὶ κεκνημένοι, τὴν πᾶ-
 σαν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν νῦν τε ἤδη νεμομένην καὶ ἔτι μᾶλ-
 λον διαπανήσουσαν ἡγεῖραν φλόγα, ἣν μὴ θεὸς ἄνωθεν ἐπι-
 15 βλέψας ἔλεων κατασβέση, σκοπητέον, εἰ μὴ μᾶλλον αὐτοῖς, ἢ
 ἐκείνῳ τὸ ἀπὸ θεοῦ χωρίζεσθαι προσήκει, τοῖς αἰτίοις τῶν
 κακῶν γεγενημένοις. οὐ γὰρ ἐπεσθαι τὸ θεῖον ταῖς παραλό- B
 γοις τῶν ἀρχιερέων ὄρμαῖς, Διονύσιος ὁ μέγας ἀπεφθέγγαστο.
 αὐθὶς τε ἐδεῖτο, τὰ τε μέχρι νῦν τετολμημένα συνιδόντα ὡς
 20 δεῖνά, καὶ τὰ μέλλοντα ὡς πολλῶ τῷ μέτρῳ χεῖρω προσδο-
 κᾶται, ἦκειν πρὸς αὐτὴν καὶ διαλύειν τὰς συμφορὰς Ῥωμαί-
 οῖς, μόνον ὄντα δυνατὸν τὰ τοιαῦτα καταπράττεσθαι. εἰ δ'
 οὐκ, ἀλλ' αὐτῷ μὲν ἅπαν εἴργασται τὸ θεὸν πρὸς τε θεὸν

quia cum bellum hoc Romanis clades ingentes invecturum prospiciat et metuat, quam in futuro saeculo hominibus actionum suarum rationem reddendam sciat, malorum ingruentium ausam nullam, quantum maxime fieri possit, porrigere conetur. Quod autem se et suos anathemate inferis devoverit, sibi quidem horribile videri; et merito: verumtamen nihil ad se pertinere. Si enim imperatoris defuncti liberis, iurciurando violato, insidias molitus sit, ut ipsi dicitant, accusationem aliquid valere potuisse. Si autem eiusmodi nihil neque fecerit, neque cogitarit, et ab initio constituta servaverit constanterque ex iuramento se gesserit: cum ipsi invidia et obtrectatorum vocalis commoti, universum Romanum imperium et nunc depascentem flammam et (nisi Deus de coelo propitius respiciens eam restinxerit) magis depasturam excitaverint, videndum, ecquid non magis ipsos, utpote malorum causas et originem, quam se a Deo secludi aequum sit. Nam divinum numen non sequi episcoporum aliena a recta ratione affectiones, praeclare dictum esse a magno Dionysio. Ad extremum petebat, ut, quandoquidem nosset, et hucusque perpetrata quam essent gravia, et multis modis graviora expectari, Augustam adiret et aerumnis Romanorum finem imponeret; siquidem id efficere solus posset. Si detrectet, saltem se quidquid debuerit cum erga Deum, tum erga eos, qui nunc rem Ro-

A.C. 1342 ὁμοῦ καὶ πρὸς τοὺς τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἄγοντας αὐτοὺς
 νυνί. αὐτοὶ δ' ἂν εἶδειεν, εἰ χρὴ πρὸς τὴν εἰρήνην μᾶλλον,
 ἢ τὸν πόλεμον προθύμους παρέχειν ἑαυτοὺς, ἐν τούτῳ σαφέ-
 στατα πεπεισμένους, ὡς τῶν τε πραττομένων ὑπ' αὐτῶν εὐ-
 C θύνας αὐτοὶ τίσουσι παρὰ Θεῶ, καὶ εἴ τι παρὰ τὸ προσῆκον, 5
 ὑπ' αὐτῶν συναυανόμενος εἰς ἀνάγκην, δρῆή καὶ αὐτός. τοι-
 αῦτα μὲν τὰ βασιλέως γράμματα ἐδήλου. ἐπέμπετο δὲ διὰ
 μοναχοῦ τινος ἀρετῆς ἀντιπιοιούμενου καὶ ζήλῳ τῷ πρὸς τὰ
 καλὰ ἔκοντι τὸν κίνδυνον ὑπελθόντος. πατριάρχης δὲ ἐπεὶ
 τὰ γράμματα ἀνέγνω, οὐδὲν μὲν πρὸς τὰ γεγραμμένα ἀπεκρί- 10
 νατο, τὸν μοναχὸν δὲ ἐκέλευε δεσμοωτηρίῳ κατακλείειν, ὥσ-
 περ τινὰ τῶν ἐπὶ δεινοτάτοις ἐαλωκότων, ὥσπερ ἔργοις τὴν
 ἀπολογίαν πεποιημένος, ὅτι μᾶλλον τὸν πόλεμον αἰροῖτο τῆς
 εἰρήνης. ἡ βασιλίς δὲ ἐκ τῶν πραττομένων συνορῶσα τὸν τε
 D πόλεμον, ὡς πολλῶν ἔσται κακῶν αἴτιος Ῥωμαίοις, τὸν τει 15
 βασιλέα Καντακουζηνὸν οὐδὲν παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρό-
 V. 369 νον εἰργασμένον, ἔξ ὧν ἂν τις οἰήσαιτο ἀληθῆ τὰ εἰρημένα
 εἶναι κατ' αὐτοῦ, ἐπλήττειό τε τὴν ψυχὴν δεινῶς καὶ μετέ-
 μελεν αὐτῇ τῆς πρὸς τὸν πόλεμον ὀρμῆς. ὅθεν καί ποτε,
 τῆς γυναικωνίτιδος συνούσης μόνης, „δοκεῖ μοι,” ἔφασκεν „ἄ- 20
 πάτην ἠπατήσθαι οὐ μετρίαν, τὰ οὐκ ὄντα πεισθεῖσαν περὶ
 Καντακουζηνοῦ. ἐξετάζουσας γὰρ, ὅσα ἐκεῖνος παρὰ πάντα
 εἰργαστο τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, μηδὲν εὐρίσκειν, ἧ̄ πει-
 σθείῃ, ὡς ἐπεβούλευε παισὶ τοῖς αὐτῆς ἐκεῖνος. αὐτὴν δὲ

6. καὶ M., κατὰ P.

manam procurant, praestitisse. Ipsos scituros, ad pacemne, an
 ad bellum propendere plus debeant, credentes certissimo et horum,
 quae fiunt, et si quid etiam ipse, ab eis coactus, contra officium
 peccaverit, Deo poenas persoluturos. Haec erant, quae litteris im-
 peratoris perscribebantur; quas monachus quidam virtutis cultor,
 amore honesti sponte discrimini se obiectans, pertulit. Patriarcha
 epistola perlecta tacet: monachum, ut atrocissimi sceleris reum, in
 custodiam mittit, et ita facto quodammodo respondet, se bellum
 paci antepone. Imperatrix e rebus praesentibus animadvertens,
 quam Romanis bellum istuc perniciosum accideret, et Cantacuzenum
 nihil adhuc designasse, unde quispiam oblatas ei criminationes ve-
 ritati affines esse iudicare posset, percussa mentem vehementer, se
 tam praecipitem ad arma fuisse indoluit. Hinc aliquando solis femi-
 nis praesentibus dixit, videri sibi in fraudem impulsam eamque non
 medicamentum, cum de Cantacuzeno falsum crediderit. Indagantem
 quippe se, quae toto belli tempore fecerit, nihil invenire, ex quo
 ipsum liberis suis insidias struxisse apparet. Et tamen se proba-

τὴν ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπόδειξιν ἐναργεστάτην οὖσαν παρι- A.C. 1342
 δοῦσαν, λόγοις μηδὲν ἔχουσιν ὑγιᾶς προσχεῖν, ἐξ ὧν οὐχ ἑαυ-
 τὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ Ῥωμαίων βλάβησι πράγματα οὐ μέ- P. 458
 τριά τινα. ἔρομένων δὲ τῶν γυναικῶν, καὶ ποία ἂν τις ἐπι-
 βουηθεῖη θεραπείᾳ τῶν κακῶν, βασιλέως ἐκείνου ἤδη γεγονό-
 τος ῥαδία, ἔφρασκεν ἡ βασιλῆς. Καντακουζηνὸν γὰρ, καὶ βα-
 σιλέως ἔτι περιόντος, ἐσθῆτα μὲν οὐ περιβεβλησθαι βασιλι-
 κὴν, δύναμιν δὲ ἔχειν βασιλέως. τί οὖν θανμαστόν, εἰ ἂ
 ὑπὸ τὴν ιδιωτικὴν ἐσθῆτα ἔπραττε, τὰ ἴσα νῦν καὶ τὴν βα-
 100σιλικὴν ἔχων πράττει; εὐνοίας δὲ ἕνεκα τῆς πρὸς ἐμὲ καὶ
 βασιλέα τὸν υἱὸν, καὶ μήπω τοῦ πολέμου κεινημένου, τὴν
 θυγατέρα Ἐλένην βασιλεῖ τῷ ἐμῷ υἱῷ συνεθέμεθα πρὸς γά-
 μον ἀγαγεῖν. οὐ δὴ γεγενημένου νῦν, ὅτε πόλεμος καταλυ-
 θῆσεται ῥαδίως, καὶ τὰ πράγματα ὑπ' ἐκείνῳ, ὥσπερ καὶ B
 15πρότερον, διοικηθήσεται. εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν ἔσται τὸ κωλύσον
 τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς διαφθαρεῖναι."
 αἱ μὲν οὖν τῶν γυναικῶν ἐπεψηφίσαντο τὰ εἰρημένα ὡς ὄρ-
 θῶς καὶ λυσιτελῶς βεβουλευμένα. ταῖς δὲ ἐδόκει μὴ λυσι-
 τελεῖν· ἅμα δὲ ἡμέρα εἰς τὴν ὑστεραίαν Ἀποκαύκῳ ἐμηνύετο
 20τῷ παρακοιμωμένῳ τὰ εἰρημένα. ἐκεῖνος δὲ νομίσας, περὶ
 τῶν ἐσχάτων αὐτοῖς τὸν κίνδυνον τὰ εἰρημένα ἄγειν, πρὸς
 πατριάρχην καὶ τοὺς τῆς κατὰ βασιλέως συμμαετασχόντας
 ἐπιβουλῆς ἐλθὼν, „ἀπολώλαμεν" εἶπε „καὶ εἰς ἔσχατον κιν-

15. μὴ om. P.

tionis, quae ex factis evidentissima ducitur, negligentem, sermonibus maledicis aures dedisse, indeque non sibi dumtaxat, sed Romanae quoque rei publicae maiorem in modum nocuisse. Sciscitantibus feminis, ecqua medicina malis, ipso iam pro imperatore se gerente, excogitari queat, Facilis, inquit illa. Etenim Cantacuzenum etiam vivo imperatore vestem imperatoriam non induisse, potestate tamen usum imperatoria. Nihil ergo novum, si quae in privata veste gesserit, eadem nunc in imperatoria gerat. Pro eius porro in me filiumque meum imperatorem benevolentia, bello necdum excitato, filiam ipsius Helenam eidem filio meo uxorem dandam inter nos convenit. Quod ubi nunc re perfectum fuerit, bellum parvo negotio sopietur et res publica uti prius ab eodem administrabitur. Alioqui nihil obstat, quin Romanus principatus sibi exitio sit. Feminarum pars haec ut recte utiliterque cogitata approbare: pars alia omnia sentire. Postridie diluculo haec Apocaucho, cubiculi sacri praefecto, nuntiantur, qui extremum inde sibi sociisque periculum pertimescens, patriarchae aliorumque coniuratorum aedes concursans, Actum est, inquit, nostraque illa magna felicitas ad ultimam miseriam simul tota recidit. Augusta

- A.C. 1342 δύνου ἐκ πολλῆς εὐτυχίας τὰ πράγματα ἡμῶν ἀθρόον περιέστη.
 C ἡ βασιλεὺς γὰρ οὐκ οἶδ' ὅθεν ὄρηθεῖσα, διαλύεσθαι πρὸς
 Καντακουζηνὸν διανοήθη ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τε αὐτὸν στέργειν
 καὶ Ἑλένην τὴν θυγατέρα βασιλεῖ πρὸς γάμον ἀρμόζειν τῷ
 υἱῷ. ἂ εἰ γένοιτο, οὐδεμία τις ὑπολέλειπται ἡμῶν ἐλπίς τοῦ
 μὴ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντας καινῶ τιμὴ τρόπῳ πανοικεσία
 ἀπολέσθαι. ἴστε γὰρ αὐτοὶ, ὅσα ἡμῶν κατ' ἐκείνου κατηγό-
 ρηται, ἂ πάντα χρῆ ἐνθυμονέμενους, πᾶσαν ἐπιδείξασθαι
 σπουδὴν, ὥστε μὴ μόνον γίνεσθαι σπονδὰς ἔσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν
 πόλεμον, ὡς οἴοντες, ἀνάπτειν. οὐδὲν γὰρ ἢ τοῦτο λυσιτελέ-10
 στερον ἡμῶν. ἐδόκει μὲν οὖν κακείνοις δεινότερα τὰ βασιλίδι
 D βεβουλευμένα· σκεπτομένοις δὲ, ἢ χρῆ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν,
 ἐδόκει δεῖν πρὸς βασιλίδι ἀπελθόντας καὶ ἢ ἀπάταις χρησαμένους
 ἢ φοβήσαντας ἀπειλαῖς, πείθειν αὐτὴν δι' ὄρκων ἐμπεδοῦν, ὡς,
 εἰ μὴ πρότερον συνεπισηφίζοιτο καὶ αὐτοὶ, μήτε πράττειν,15
 μήτε βουλευέσθαι τι περὶ τῆς πρὸς Καντακουζηνὸν εἰρήνης.
 P. 459 λδ'. Οὕτω δὲ συνθέμενοι πρὸς βασιλίδι ἤκον. προσα-
 V. 370 γορευόμενοι δὲ, „ἡμεῖς” εἶπον „πάντες, καὶ μάλιστα πατριάρχ-
 χης, ἐν τοῖς πρώτοις ἤμεν τῶν Καντακουζηνῶν τεταγμένοι
 B φίλων, καὶ πολλῶν ἐκείνου καὶ μεγάλων ἀπηλαύσαμεν τῶν20
 εὐεργεσιῶν. μέχρι μὲν οὖν κακείνος εὖνος τε ὑμῶν τοῖς βα-
 σιλεῦσιν ἦν καὶ τὰ δίκαια διανοεῖτο πράττειν, οὐδ' ἡμῶν οὐ-
 δεὶς οὐχ ὅτι πολεμεῖν, ἀλλ' οὐδ' ἀντιφθέργεσθαι ἐτόλμα.

8. ἐπιδείξεσθαι P.

enim, nescio unde excita, pacem cum Cantacuzeno facere in animo habet, quia et ipsum imperatorem esse pati potest et quia Helenam, eius filiam, imperatori filio nuptiis destinat coniungere. Quae si fiant, nihil spei superest, quin ex hominibus exterminati, inaudito quodam modo cum tota stirpe intereamus. Recordamini enim vobiscum, quam multorum criminum reum peregerimus. Haec omnia apud vos reputantes, intendere nervos oportet, ut non tantum socdus impediamus, sed ut bello, quantum poterimus, faces subiiciamus: quo nihil nobis utilius. Iudicarunt igitur et ceteri, imperatricem moliri tristissima. Quaerentibus autem, qua ratione periculo se eximerent, placuit imperatricem adeundam, et aut technis aut minarum terrore adhibito, eam percellere, ut iurata promittat, de pace cum Cantacuzeno nec acturam quidquam, nec cogitaturam, nisi eorum quoque auctoritas accesserit.

34. Re sic composita, ad imperatricem gradiuntur, eaque consalutata, Nos, inquiunt, omnes et potissimum patriarcha inter Cantacuzeni amicos primum locum tenebamus, cui beneficia multa et excellentia in acceptis ferimus. Quamdiu igitur et ipse vobis imperatoribus studuit sensumque recte faciendi habuit, nemo nostrum

ἐξ ὅτου δὲ ἄδικα καὶ παράνομα διενόηθη καὶ τοῦ πολλά πε- A.C. 1342
 φιληκότος βασιλέως κτείνειν ὄρητο τοὺς παῖδας καὶ τὴν
 Ῥωμαίων βασιλείαν ἐαντῶ περιποιεῖν, μισήσαντες τὴν γνώ-
 μην ὡς ἀπάνθρωπον καὶ πονηρὰν, πόλεμόν τε πρὸς ἐκεῖνον
 5 ἤράμεθα φανερώς ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τὰ μέγιστα αὐτὸν καὶ γέ-
 νος καὶ οἰκείους ἐκακώσαμεν. καὶ νῦν εἰς τοσοῦτον ὁμονοίας
 ἤκομεν, ὡς οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς αὐτὰς ἠδέ- C
 ως προησόμενοι πολεμοῦντες αὐτῶ ὑπὲρ ὑμῶν. ὅτε οὖν ἡ-
 μεῖς τοσαύτην εὐνοίαν καὶ προθυμίαν πρὸς ὑμᾶς ἐνεδειξάμεθα
 10 τοὺς βασιλέας, τῶν ἀδικωτάτων ἂν εἴη, καταλιποῦσαν αὐτὴν
 ἡμᾶς καὶ παρ' οὐδὲν τὴν ἡμετέραν λογισαμένην σωτηρίαν,
 σπένδεσθαι τῶ πολεμιωτάτῳ τῆς ἰδίας ὠφελείας ἕνεκα, εἶγε
 καὶ ὠφέλειά τις ἔψεται ἐκ τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ μὴ βλάβη δει-
 νοτέρα ἐκ τῶν τοῦ πολέμου γενησομένων ἀπασῶν. ἂ γὰρ αὐ-
 15 τὴ περὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον εἰρήνης τῆς παρελθούσης διεiléχθης
 νυκτὸς, οὐδ' ἡμᾶς διέλαθεν ἐπὶ πολλῶν εἰρημένα ἀκοαῖς.
 ἐκεῖνον μὲν οὖν ἡμεῖς, ὡς κατὰ σοῦ καὶ τῶν παίδων τὰ δει-
 νότατα καὶ διανοούμενον καὶ ἤδη πράττοντα, ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς
 γνώμης πολέμιόν τε ἠγησάμεθα καὶ οὐδενὸς, τόγε εἰς ἡμᾶς D
 20 ἤκον, ἡμελήσαμεν τῶν βλάπτειν δυναμένων. εἰ δ' ἔκ τινων
 αἰτιῶν ἢ εἰρήνη μᾶλλον συμφέρουσα νομίζεται νυνὶ, οὐδ'
 ἡμεῖς ἐναντιωσόμεθα πρὸς τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν, μόνον

3. νομίσαντες M. pro μισήσαντες.

non dicam ferrum in illum corripere, sed nec verbo ei repugnare sustinuit. Ex quo autem mentem iniustam et legibus adversantem induit, et cui carissimus fuit, eius liberos trucidare Romanumque imperium sibi asserere decrevit, nos hanc eius voluntatem inhumanam sceleratamque censentes, et bellum ei vestra causa intulimus, et cum ipsum, tum genus eius ac familiares summis incommodis affecimus. Et nunc tanta est animorum nostrorum conspiratio, ut non pecunias modo, sed vitam quoque ipsam pro vobis in illum bellando cupiamus prodigere. Itaque cum usque adeo promptos propensosque in vestra causa nos exhibeamus, iniquissimum fuerit, si tu, nobis desertis et salute nostra despecta, privatum sectere compendium et cum hoste capitali foedus percutias: si tamen compendium, et non omnibus, quae e bello existent, gravius dispendium pacem istam comitabitur. Quae enim de pace cum ipso ineunda multis audientibus disserruisti, nec nos latent. Quare nos eum ut in te ac filios tuos teterrima parturientem et iam designantem, unanimes consensu et hostem decernimus: et quantum in nobis est, nihil, quod laedere possit, ab eo abstinebimus. Quodsi quibusdam argumentis pax in praesens videtur conducere magis, nec nos adversabimur, si tantum communi omnium nostrum iudicio et senten-

- A.C. 134₂ εἰ γνώμη κοινῇ πάντων ἡμῶν ἢ εἰρήνη ἐπιψηφισθεῖη. τὰ γὰρ ὑπὸ πολλῶν δοκιμαζόμενα ἤριστα ἂν ἀμαρτηθεῖη. εἰ μὲν οὖν ὡσπερ ἐγνώκαμεν, αὐτὴ τε πείθῃ καὶ τὴν ἀξίωσιν ἡμῶν ὡς δικαίαν παραδέχῃ, πάντ' ἂν ἔχοι ἄριστα. εἰ δ' ἄρα ἑτέρως ἐγνώκας αὐτὴ, ἀλλ' ἡμῖν γε φράσον φανερώς, 5
 P. 460 ριζῆ ἐαυτοῦ. πάντες δὲ οἷα πατρὶ πνευματικῇ τῷ πατριάρχῃ ἦν ἔχει γνώμην ἕκαστος περὶ τὰ παρόντα ἀνεθέμεθα, ἔξ οὗ δυνήσῃ μαθεῖν σαφέστερον τὰ καθ' ἡμᾶς." οὕτως εἰπόντας, ἐκέλευεν εὐθύς ὁ πατριάρχης ὑποχωρεῖν. μόνος δὲ πρὸς μό-10
 νην τὴν βασιλίδαν ὑπολειφθεὶς, „τίς" ἔφασκε „βῦσκανος δαίμων τοιαῦτα πέπεικε λογιζέσθαι, οὐκ ἀλυσιτελῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατα σχεδόν; τίσι δὲ χρωμένη λογισμοῖς, Καντακουζηνὸν ᾧήθης φίλα σοὶ τε καὶ παισὶ δύνασθαι ποτε φρονήσῃν; ὅς γὰρ μὴθ' ὑπὸ βασιλέως, μῆτε σοῦ πρότερον μηδὲν ἀδι-15
 V. 371 κηθεῖς, ἀλλὰ πολλῶν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀπολαύσας ἀγαθῶν, Β πάντων ἐπιλελησμένος ἐν βραχεῖ, οὐ περὶ τῆς ἀρχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ σωτηρίας ἐπεβούλευσε, πῶς ἂν εἴη δίκαιος πιστεύεσθαι περὶ τῶν μελλόντων; καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγων παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τῶν δοκούντων ἐφρυβρίστων πρὸς 20
 αὐτὸν γεγενημένων. οἶσθα δ', ὡς τοῖς εἰδισμένοις ἀρχεῖν καὶ τιμᾶσθαι παρὰ πάντων τοιαῦτα μάλιστα οὐκ ἀνεκτά. εἰ δ' ἄρα τοῦ χρόνου τριβομένου, ἢ πρὸς ἐκεῖνον φαίνοιτο

tia confirmetur: a multis enim approbata minime decipiunt. Ergo si quod nos sentimus, tu quoque senseris petitionique nostrae, ut iustae, locum reliqueris, florebunt omnia. Sin forte aliud statuis, nobis aperte indica, ut quisque, quam optime licebit, salutis suae prospectum eat. Omnes autem sensus nostros de praesenti rerum statu patriarchae, tamquam patri spirituali, commisimus, ex quo clarius, quid velimus, percipere poteris. Haec ubi dixerunt, patriarcha protinus alios secedere iussit, solusque apud solam imperatricem remanens: Quis tam invidus daemon, inquit, ad haec non modo infructuosa, sed factu etiam propemodum impossibilia volvenda te induxit? Quaeenam rationes te movent, ut Cantacuzenum tibi ac liberis tuis unquam amicum esse posse existimes? Qui enim neque ab imperatore, neque abs te prius ulla in re offensus, sed diutissime multis bonis cumulatus, brevi omnium oblitus, non imperio solum, sed salutis etiam vestrae insidiatum est, quo pacto illi fides in futurum iure habebitur? idque cum non pauci per tempus belli in eum contumeliosi fuisse videantur. Non te autem fugit, quam iis, qui aliis imperitare et publice coli ac honorari consueverunt, huiusmodi iniuriae intolerabiles sint. Si tempore procedente pax cum illo necessaria iudicabitur, praestabit de omnium nostrum

εἰρήνην ἀναγκαίᾳ, βέλτιον ταῖς ἀπάντων χρωμένην γνώμαις A.C. 1342
 πράττειν, ἢ κοινῇ δοκεῖ λυσιτελεῖν, ἢ τῶν ἄλλων ἀμελήσασαν,
 ἀπεριοχέπτως τὰ παριστάμενα ποιεῖν. εἰ μὲν οὖν πρὸς τὴν
 ἀξίωσιν αὐτῶν ἐπινεύσειας καὶ αὐτῆ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον C
 ἔπιστιν τινὰ παράσχοιο, ὡς οὐδὲν οὐδέποτε παρὰ τὰ ὑπεσχη-
 μένα δράσεις, καὶ αὐτοί σοι πρὸς πάντα καὶ χρήμασι καὶ
 σώμασι προθύμως συναγωνιοῦνται, καὶ οὐδ' αὐτῆς, εἰ δέοι,
 τῆς φίλης φείσονται ζωῆς, ὥστε προῖεσθαι ὑπὲρ τῶν σοὶ λυσιτε-
 λούντων. ἂν δ' ἐτέρως αἰσθῶνται βουλευομένην, ὀκνῶ μὲν
 1 οἰεῖν, ἀποκρύπτειν δὲ οὐ δίκαιον, ὡς μία πᾶσι παρέστη
 γνώμη καὶ ὅρκοις τὴν ὁμόνοιαν ἠσφαλίσαντο, σὲ μὲν καὶ παῖ-
 δας ἀποκτείνειν, αὐτοὺς δὲ Βυζάντιον κατέχοντας, ὅπλα Καν-
 τακουζηνῶ ἀνταίρειν μέχρι παντὸς τοῦ δυνατοῦ. ἂν δ' ἀδύ-
 νάτως ἔχῃσι πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι, μᾶλλον αἰροῦνται Ἀλεξάν-
 1 ὁδρῳ τῆ Μυσῶν βασιλεῖ δουλεύειν τὴν πόλιν παραδόντας, ἢ D
 τοῖς ἐκ Βενετίας ἢ Γεννούας Λατίνοις ἢ Καντακουζηνῶ δε-
 σπότη χρῆσθαι. ὅτε οὖν ἢ τε ἀξιώσεις αὐτῶν δικαία, καὶ
 τὸ παριδεῖν αὐτῆν οὐ κίνδυνον σοὶ τε μόνον καὶ παισίν, ἀλ-
 λά καὶ πάσῃ τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ἀνάστασιν καὶ φθορὰν
 20 τὴν ἐσχάτην ἀπειλεῖ, ποῦ δίκαιον ἢ λυσιτελεῖς προσδοκιμέ-
 νων χάριν ἀγαθῶν, εἶγε καὶ ἔσται ὡσπερ ὑποπτεύομεν, ἐκ
 τῆς εἰρήνης, τὰ παρόντα καὶ φαινόμενα ἀνθαιρεῖσθαι δυσχε-
 ρῆ; ἀλλ' εἴ τι πέποιθας ἐμοὶ τὰ σοὶ λυσιτελοῦντα ἐξαορχῆς
 τε ἡρημένῳ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον συμβουλεύοντι, τούτοις πει-

4. ἐπινεύσαις M. 7. προθύμου P.

sententia facere, quae bono sint omnibus, quam aliis non appella-
 tis, inconsulto quod in mentem venit exsequi. Quapropter si eorum
 postulatis annuens, contra promissa nihil unquam te facturam fidem
 dederis, ipsi vicissim pro dignitate commodisque tuis et pecunias
 et oppositus corporum suorum et, si necesse erit, qua nil carius,
 animam sanguinemque suum pollicentur. Si aliud te velle cognorint,
 horreo dicere, quod tamen occultum haberi non debet: mens omni-
 bus una est et sacramentem inter se dixerunt, ut te cum liberis
 contrucidata, Byzantium occupent et Cantacuzeno, qua valuerint
 virtute, resistant. Si id minus poterunt, Alexandro, Moesorum regi,
 urbe tradita, servire malunt, quam aut Venetos aut Genuenses
 Latinos aut Cantacuzenum dominos perpeti. Quia igitur iustum pe-
 tunt eorumque petitionem despicerere non tibi solum ac liberis tuis
 periculosum est, sed et toti Romanorum imperio vastitatem ac per-
 niciem extremam minuitur, quinam iustum aut utile, quaeso,
 propter expectata ex pace bona praesentia et in conspectu posita
 mala (si erit, ut ominamur) non refugere? Sed si quid mihi a prin-

A.C. 1342 Θομένη, τῶν ἤδη περιεστηκότων ἀπαλλάττου δυσχέρῶν." πρὸς
 P. 461 ταῦτα ὑποπτήξασα ἢ βασιλὶς καὶ τῆς ἀπάτης ὥσπερ οὐκ αἰ-
 σθομένη, ἀλλ' οἴηθεισα, εἰ βελτίων τοῦ πολέμου ἢ εἰρήνη
 φαίνοιτο, πεισθῆσεται καὶ αὐτοὺς, δέχεται τὰ εἰρημένα.
 ἀντίκα τε ἐκέλευον ὀμνύειν, ὡς οὐδὲν οὐδέποτε παρὰ τὰς
 ὑπεσχημένα πρᾶξαι. ἢ δ' ἀγνοήσασα τὴν ἐνέδραν, καὶ ὄρκους
 προσετίθει τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὁ πατριάρχης ἐδῆς ἀφο-
 ρισμὸν ἐπεφώνει, εἰ παραβαθεῖη τὰ ὁμωμοσμένα. ἔξ ἐκείνου
 δὲ οὐδέποτε κατέλιπον τὴν βασιλίδα μόνην, ὥστε σχολὴν
 ἄγουσαν τῶν δεόντων τι βουλευσασθαι πρὸς ἑαυτήν· ἀλλ' 10
 ἡμέρας μὲν αὐτοὶ συνῆσαν ἐκ διαδοχῆς ἄλλον ἄλλος διαδεχό-
 B μνοι καὶ συμμεριζόμενοι τὸν χρόνον τῆς ἡμέρας. νυκτὸς
 δὲ τῶν τῆς βασιλίδος οἰκετῶν ἦσαν πρὸς τοῦτο τεταγμένοι,
 αἱ μισθὸν οὐ φαῦλον τῆς προδοσίας εἶχον χρυσίον παρὰ τῶν
 συνωμοτῶν, ἃς ἔδει τῇ βασιλίδι συνούσας, εἴ τι φθέργεται, μη- 15
 νύειν πατριάρχῃ, ὥστε δι' ἐκείνου καὶ τοῖς ἄλλοις πάντα δη-
 λα γίνεσθαι τὰ εἰρημένα. ὁ πατριάρχης γὰρ τὴν οἴκοι παν-
 τάπασι διατριβὴν καταλιπὼν, βασιλείοις ἐνδιητᾶτο, πρόφασιν
 μὲν, ὡς τῶν ἐπιβούλων καθέξων τὰς ὁρμὰς, εἴ τις βούλοιτο
 νεωτερίζειν, τῇ δ' ἀληθείᾳ, βασιλίδος φύλαξ ὑπὸ τῆς συνωμο- 20
 C σίας τεταγμένος, ἵνα μὴ λαθοῦσα πράξῃ τῶν μὴ κατὰ γνώ-
 μην ὄντων τι αὐτοῖς. ταῦτα μὲν οὖν, Καντακουζηνοῦ τοῦ
 βασιλέως Διδύμοτείχῳ ἐνδιατριβόντος, ἐπράττετο. ὑφ' ὃν δὲ

cipio tuorum commodorum studioso, et nunc nihilo minus bene consulenti credis, istis crede, et quibus circumdata es malis, te libera. Tum Augusta metu anxia et fallaciam non advertens, sed arbitrata, si pax bello melior esset, ipsos utique sibi eam suasuros fuisse, dictis suffragata est. Illico eam iurare hortantur, praeter promissa nihil unquam facturam. Imposturae ignara iurat statimque patriarcha anathema acclamat, si contra agat, quam iuraverit. Post id nunquam solam reliquerunt, ut per otium, quid expediret, secum disquireret: sed diem totum inter se partiti, alius alium excipiendo, cum ea versabantur. Noctu autem de famulabus eiusdem ad hoc ipsum erant selectae, quibus non contemnendum proditionis pretium dabatur a coniuratis, nummus aureus singulis videlicet. Eas cum imperatrice confabulantes, si quid secus loqueretur, ad patriarcham nuntiare oportebat; qui rursus dicta omnia ad sodalitium referret. Et is patriarcho plane deserto, in palatio habitabat, quasi audaciam cohibiturus, si quis insidiator novi aliquid moliretur; sed re ipsa imperatrici custos a coniuratis impositus, ne quid, ipsis nescientibus, faceret, quod eorum libidini adversaretur. Et haec quidem Cantacuzeno Didymotichi morante agebantur. Sub tempore vero, quo Peritheorium obsidebat, ad monachos in Atho monte, ceteris sanctimonia praestantes, scripsit, eos

χρόνον Περιθεώριον ἐπολιόρκει, πρὸς τοὺς ἐν Ἀθῆναι τῷ ὄρει A. C. 1342
 τῶν ἄλλων ἀρετῇ προέχοντας γράψας μοναζόντων, ἐδέετο καὶ V. 372
 αὐτῶν, μὴ περιορᾶν τὸ τῶν χριστιανῶν αἷμα χεόμενον ὅση-
 μέραι, ἀλλὰ ζῆλον ἀληθείας ὑποδυσσεμένους, πρὸς Βυζάντιον
 5 ὑφικέσθαι καὶ βασιλίδα διδάξαι τὴν τῶν πραιτομένων ἀτο-
 πίαν, εἴ πως πειθομένη γούν αὐτοῖς, τὴν νεμομένην τὴν Ῥω-
 μαίων ἡγεμονίαν φλόγα κατασβέση, ἔξ οὐδεμιᾶς προσφάσεως
 ἀληθοῦς, ἀλλ' ἀπὸ συκοφαντίας καὶ διαβολῆς κεκινημένην.
 αὐτὸν γὰρ ἐπιχειρήσαντα πολλάκις, ἠνυκέναι πλέον οὐδὲν,
 10 τῶν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἄρτι διοικούντων πρὸς μὲν τὴν
 πρεσβείαν μηδὲν ἀποκρινομένων, τοὺς πρέσβεις δὲ μόνον ὠ- D
 μύματα αἰκίζομένων καὶ πᾶσαν παροιμίαν ἐνδεικνυμένων πρὸς
 αὐτοὺς καὶ τελευταῖον ἐν δεσμοτηρίοις κατεχόντων ὑπὸ κλοιοῖς.
 ἃ οἱ ἐν Ἀθῆναι ἀναγνόντες καὶ προσήκουσαν αὐτοῖς τὴν ὑπὲρ
 15 τῶν τοιούτων σπουδὴν καὶ προθυμίαν οἰθηθέντες, οἷα δὲ ὑπὲρ
 τῆς κοινῆς ὠφελείας ἐσομένην, καὶ παραθῆξαντες ἀλλήλους,
 ἐκ πάντων ὅ,τε πρῶτος ἐκλεγέντες Ἰσαάκ, ἀνὴρ τίμιος καὶ
 ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἐλλητικῶς, καὶ ὁ τῆς Λαύρας ἡγούμενος Μα-
 κάριος, καὶ ἕτεροι τῶν κατὰ τὸ ὄρος φροντιστηρίων ἡγουμέ-
 20 νων οὐκ ὀλίγοι· σὺν τούτοις δὲ καὶ ὁ χρόνῳ ὕστερον τῆς
 ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας πατριάρχης γεγωνῶς, εἰς τὸν
 ἱερέων ἔτι τότε χορὸν τελῶν Κάλλιστος, καὶ Σαβᾶς, ὃς πρὸς P. 462
 τῇ Βατοπεδίου μονῇ τὸν ἀσκητικὸν ἤννε δρόμον καὶ πολλοὺς
 ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ θαυμασίους ἐπεδείξατο ἀγῶνας, εἰς Βυζάν-

quoque rogans, ne Christianum sanguinem quotidie fundi sinerent,
 sed veritatis zelum capessentes, Byzantium se conferrent et impera-
 tricem quam indigna factitarentur, edocerent: si fortasse ab illis
 saltem ad flammam imperium Romanum devorantem restinguendam
 adduceretur, quam non aliqua causa legitima, sed merae sycophan-
 tia et obtrectationes suscitassent: quod ipse frequenter irrito conatu
 tentaverit, cum, qui nunc gubernacula teneant, legatis nihil re-
 spondentes, crudelissime eos pulsarint et omni petulantia in illos
 debacchati sint ac postremo vinculis et carceri tradiderint. Haec
 ubi monachi apud Atho legerunt, in talibus, ut pro communi salute,
 nullam sibi molestiam recusandam censuerunt; et mutuo se exacu-
 erunt electique ex omnibus, princeps Isaacius, vir venerabilis sum-
 maque sanctitate praeditus, et Laurae praefectus, Macarius, et alii
 deinceps monasteriorum ad montem illum praepositi non pauci;
 cum his etiam Callistus, qui postea Constantinopolitanae ecclesiae
 patriarchatum gessit et tum adhuc in sacerdotibus numerabatur; et
 Sabas, qui in Batopedio monasterio religiosae vitae stadium decur-
 rebat, multaque et egregia pro virtute certamina suscipiebat, hi,
 inquam, delecti Byzantium venerunt, cumque imperatrice et pa-

A.C. 1342τιον ἀφίκοντο. βασιλίδι τε συγγερόμενοι, καὶ πατριάρχου
καὶ τῶν περὶ αὐτὸν συνομοτῶν παρόντων, „ἡμεῖς” ἔφασαν „τὴν
κατασχοῦσαν Ῥωμαίους ὄρωντες συμφορὰν, δεινὰ μὲν ᾤμε-
θα τὰ πραττόμενα καὶ πέρα δεινῶν. οὐδὲν δὲ πλέον πρὸς
ἐπικουρίαν καὶ ἀποτροπὴν τῶν δεινῶν δυνάμενοι συμβάλλε-5
σθαι, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ὑπὲρ τῶν κοινῆ συμπεφρόντων
B ἔδεόμεθα Θεοῦ, τοῦ μόνου στήσαι δυναμένου τὰς προσδοκω-
μένας συμφορὰς. νυνὶ δὲ τὸ διεστηκὸς τῶν Ῥωμαίων ἰδόν-
τες μέρος ἀσμένως χωροῦν πρὸς τὴν εἰρήνην καὶ μάλιστα ὀ-
περ δόκησιν παρεῖχε τὴν αἰτίαν παρασχέσθαι τῆς διαφορᾶς, 10
καὶ Θεῷ τῷ τῆς εἰρήνης χορηγῷ πολλὰς χάριτας ὁμολογήσαντες
καὶ γῆρας καὶ σωμάτικὴν ἀσθένειαν καὶ τοὺς πρὸς τὴν ὁδοιπορί-
αν πόνους παριδόντες, ἤκομεν δεησόμενοι καὶ ὑμῶν, δέχεσθαι
τὴν εἰρήνην καὶ μὴ διὰ φιλοεικίαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν
νῦν τε διαφθειρομένην περιορᾶν καὶ ἔτι δεινότερα προσδοκω-15
μένην πάσχειν, ἂν μὴ ταχέως ὁ πόλεμος καταλυθῆ. ἔλεον
οὖν καὶ αὐτοὶ λαβόντες τῶν ὁσημέραι χεομένων αἱμάτων
καὶ τῶν δεσμοτηρίοις κατεχομένων καὶ τῶν ἐλαυνομένων καὶ
C ἀνήκεστα πασχόντων ἀνθρώπων, κρυώσατε τὴν εἰρήνην καὶ
τῶν πολλῶν καὶ χαλεπῶν κινδύνων ἀπαλλάξτε Ῥωμαίους, 20
ὡς ἂν Θεός τε ὁ τῆς εἰρήνης χορηγὸς δοξασθῆ καὶ βασιλὴς
τε καὶ πατριάρχης καὶ ὑμεῖς ἢ σύγκλητος οὐ πὰρὰ πάντων
μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν ἀξίας κομι-
ζοθε εὐχαριστίας τῆς προθυμίας τῆς περὶ τὰ καλὰ καὶ τῆς

triarcha, coniuratis item praesentibus congressi, ita locuti sunt. Cum cerneremus calamitatem, quae Romanos oppressit, etsi quod agebatur infandum apparebat, tamen quia ad tantam vim mali depellendam nihil auxiliū afferre poteramus, reliquis posthabitis, Deo, qui solus impendentes aerumnas atque miseriae averruncare potest, communem salutem incolumitatemque supplices commendabamus. Nunc quia cognovimus, segregatam Romanorum partem, quae opinionem praebat maxime incepti huius dissidii, pacis esse cupidam, Deo pacis largitori immortales gratias egimus, nullaque senectutis et imbecillitatis ac laborum itineris ratione ducta, et vos rogaturi advenimus, ut pacem complectamini: ne ob discordias vestras et nunc laceretur Romanum imperium et nisi primo quoque tempore bellum inhibeatur, atrociora formidet. Quamobrem et vos, qui in dies funditur sanguinem et in carcerem compactos atque in exilium proiectos et saevissime afflictatos miserati, pacem ratam conficite, Romanosque multis ac nefandis cladibus eximite, ut et Deus pacis donator celebretur, et imperatrix ac patriarcha et vos senatus, non a Romanis modo passim, sed etiam a nobis humilibus, propter facilitatem in rebus honestis et sollicitudinem hominum insontium

κηδεμονίας τῶν διὰ τὸν πόλεμον ἀπανταγοῦ διαφθειρομένων A. C. 1342
 ἀνθρώπων ἀναιτίων." πρὸς ταῦτα βασιλῆς μὲν οὐδὲν ἔπασχε
 δεινὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ γνώμην ᾗετο εἰρησθαι αὐτῇ τοὺς λό-
 γους. πολλὴν γὰρ πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων πανουργίαν D
 5 καὶ ἀπάτην καταγνοῦσα, ἔσπευδεν, εἰ δύναίτο τρόπῳ δὴ τινι
 τὸν πόλεμον καταλύσασα, σπονδὰς πρὸς βασιλέα τὸν Καντα-
 κουζηνὸν θέσθαι περὶ εἰρήνης. εἰρηγομένη δὲ ὑπὸ τῶν ὕρκων,
 οἷς ὑπήγαγον ἐξαπατήσαντες, ὡς, εἰ μὴ πῦσιν αἰρετέα εἴη ἡ
 εἰρήνη, μηδ' αὐτὴν ἐπιψηφίζεσθαι, τὴν ἐκ τῆς βουλῆς ψῆ-
 10 φον ἀναγκαίως περιέμενε.

λέ. Πατριάρχης δὲ καὶ ἡ συνωμοσία ἐν δεινῷ μάλιστα P. 463
 ἐτίθειτο τὰ εἰρημένα καὶ τὸν ἔσχατον ᾗοντο κίνδυνον αὐτοῖς V. 373
 ἐπάγειν. προφανῶς μὲν οὖν πρὸς τὴν εἰρήνην ἀντιλέγειν οὐχ
 ἴταμὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλομόχθηρον ἐδόκει. ἐσκέψαντο δὲ, B
 15 εἰ δύναίτο τρόπῳ δὴ τινι ἑτέρῳ τῶν μοναχῶν τὴν ὀπίνοιαν
 πειρᾶσθαι διαλύειν. καὶ τότε μὲν ἐπαινέσαντες τὴν ὑπὲρ
 τοῦ κοινοῦ σπουδὴν, ἐκέλευον ἀναπαύλης τινὸς τυγχάνειν,
 τὸν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας πόνον ἀποτιθεμένους. ὕστερον δὲ ἐ-
 20 πηγγέλλοντο σκεψαμένους περὶ ὧν ἤκουσι τὴν ἀπολογίαν πα-
 ῤασχεῖν. ξενίζεσθαι δὲ οὐκ εἴασαν ἐπὶ ταυτὸν, ἀλλ' ἄλλον
 ἄλλοσε διέσπειραν, ὡς ἂν τῇ διαστάσει τῶν σωμάτων καὶ
 ταῖς γνώμαις διαστῶσιν, ὑποσχέσει καὶ λόγοις ἰδίᾳ ἕκαστος
 διαφθαρέντες. ἐτίβητο μὲν οὖν ὁ χρόνος καὶ οὐδεμίᾳ τῶν
 εἰρημένων ἦν φροντίς, οὐδέ τις λόγος ἐγένετο τῶν μοναχῶν. C

hoc bello ubique pereuntium, dignis gratiarum actionibus collaudemini. Haec oratio Augustae non molesta, sed grata potius et ab eius mente haud aliena accidit. Nam cum patriarcham ceterosque sciret esse vaferrimos ac fraudulentissimos, studebat, si quo modo posset, bello dissoluto, cum Cantacuzeno pacem et foedus constituere. Religione autem iuramenti impedita, qua per dolum ab illis obligata fuerat, ut nempе, nisi omnibus expetenda pax videretur, nec ipsa eam sanciret, concilii sententiam necessario expectabat.

35. At patriarcha et coniurati monachorum dictis, quibus sibi exitium parari ducebant, gravissime offensi, pacem manifeste repudiare non audebant, ne non impudentes modo, sed etiam de industria improbi viderentur. Circumspiciebant autem, si qua via eorundem concordiam dirimere possent. Ac tunc quidem, laudato eorum officio pro re publica, ut fessos de itinere, aliquantum requiescere iusserunt, promittentes, postea se visuros, quid eis responsi darent. Divertere porro omnes eodem non sinentes, alium alibi collocabant, ut quemadmodum corporibus, sic animis quoque promissis et blanditiis seorsum unusquisque corruptus, separarentur. Fluebat igitur tempus et dicta in ventos recesserant, neque monachi

- A.C. 134² ἐκεῖνοι δὲ ὀρῶντες, ὡς μᾶλλον αὐτοῖς αἰρετέος ἐστὶν ὁ πόλεμος, ἢ ἡ εἰρήνη, μετὰ τὸ πολλὰ δεηθῆναι περὶ αὐτῆς, ἐπεὶ πρὸς σκῆψεις καὶ προσφάσεις καὶ οὐδὲν ὑγιᾶς ἐώρων καταφεύγοντας, τὴν ἐπάνοδον ἤτοῦντο. τοῖς δὲ οὐδὲ τοῦτο λυσιτελεῖν ἐδόκει, ὥστε ἀπελθόντας τοὺς μοναχοὺς αὐτοῖς⁵ μὲν ἀνατιθέναι τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου, Καντακουζηνῷ δὲ τῷ βασιλεῖ τὸ μᾶλλον αἰρεῖσθαι τὴν εἰρήνην καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα τοῖς πᾶσιν ἀξιούν συμμεροτρειν. οὐδὲ γὰρ μετριά τινα προσθήσεσθαι αὐτοῖς ἐνόμιζον πρὸς τὸ τοὺς δῆμους ἐκταράττειν καὶ τὸν πόλεμον κινεῖν. ἐξεπίτηδες γὰρ αὐτοῖσι¹⁰
- D λάλους τινὰς καθέσσαν εἰς τὰς πόλεις κηρύττοντας, ὡς Καντακουζηνὸς οὐδ' ἄκροις ὡσὶ τὴν εἰρήνην παραδέχοιτο, ἀλλὰ τὰ δεινότερα τοὺς βασιλέως παῖδας διαθήσειν ἀπειλεῖ, εἰ περιγένοιτο ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι δίκαια ποιοῦντες ἐκείνῳ πεπολεμήκασιν ὑπὲρ αὐτῶν, παρεκάλουν¹⁵ τε τοὺς δῆμους ὑπὲρ τῶν βασιλέως παίδων ὀρφανῶν ὄντων πατρὸς ἀγανακτεῖν καὶ ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικοῦντα. οὗ δὲ ἔνεκα ἐσκέψαντο συγκρούειν πρὸς ἑαυτούς τοὺς μοναχοὺς. καὶ Μακάριον μὲν τὸν Λαύρας ἡγούμενον, Θεσσαλονίκης μητροπολίτην ἀποδείξαντες, ἔπεισαν οὐ πρὸς τοὺς ἄλλους μόνον²⁰
- P. 464 διενεχθῆναι μοναχοὺς καὶ Καντακουζηνισμόν αὐτῶν κατηγορεῖν, ὅτι δὴ τὸν φίλον ὀρῶντες ἀπολεῖσθαι ὑπὸ τοῦ κοινοῦ πολέμου κινδυνεύοντα, ἐν ζήλου μοίρα καὶ τῆς πρὸς τὰ βελ-

3. εἰς add. M. ante οὐδὲν.

curae erant. Qui cernentes, eos bello quam pace gaudere magis, cum toties super ea rogati, ad obtentus quosdam et causas commentitias confugerent, revertendi potestatem petiverunt. At istis nec hoc conducere visum est, ut digressi monachi ipsos belli, Cantacuzenum pacis auctorem praedicarent testimoniumque ferrent, illum iustitiae consentanea et universitati fructuosa postulare. Non enim quibusdam levibus ratiunculis usuros arbitrabantur, quibus populos perturbarent atque ad arma incenderent, cum ipsi ex instituto blaterones quosdam subornatos per oppida dimisissent, qui proclamarent, Cantacuzenum ab auditione pacis abhorreere et minari, se relata victoria imperatoris liberos facturum mortales miserrimos, ac peraeque alios, quotquot amore iustitiae pro ipsis contra se pugnaverint. Incitabant igitur populos, ut filiorum imperatoris iam orphanorum vicem dolentes, ab eorum capitibus hominis iniurias propulsarent. Ob hoc itaque commentabantur, quomodo inter monachos litem et dissensionem sererent. Ac Macarium quidem, Laurae praefectum, metropolitam Thessalonicensem designantes, eo perduxerunt, ut non tantum ab aliis monachis dissideret, eosque Cantacuzenismi argueret, (quia nimirum amicum ob arma communia periculo conflictan-

τῶ συμβουλῆς ἤκουσιν ἐκείνῳ βοηθήσοντες· ἀλλὰ καὶ βασι- A. C. 1342
 λέως πολλὰς καταχέειν λαιδορίας καὶ οὐδὲν ἐκείνων ἀπολεί-
 πεσθαι τὴν εἰς αὐτὸν πικρίαν. ὅθεν καὶ γενόμενος ἐν Θεσσα-
 λονίκῃ οὐδενὸς τῶν ἐκεῖσε τολμηθέντων ἐπὶ ὤμότητι καὶ πο-
 5νηρία βεβοημένων ἀπελείπετο. πρῶτον δὲ ἐν τῇ μονῇ τῇ V. 374
 προσαγορευομένη Πέτρα ἀπρόϊτον μένειν κατεδίκασαν, προ-
 νοίας τῆς εἰς τὸ σῶμα προσηκούσης οὐδεμιᾶς ἀποστερήσαντες. B
 Σαβὰν δὲ διὰ τὸ ἀρετῇ τῶν ἄλλων ὑπερέχειν καὶ γνωριμώ-
 τατον τῶν βασιλέως φίλων εἶναι, ἐπεὶ μὴ συμφρονεῖν αὐτοῖς
 10ἐβούλετο, ἐν ἑτέρῃ μονῇ τῇ Χώρα προσαγορευομένη μένειν
 καὶ αὐτὸν ἐψηφίσαντο ἀπρόϊτον. βουλομένων δὲ καὶ προ-
 νοίας ἀξιούσιν πολλῆς, οὐ κατεδέξατο, μὴ δίκαιον εἶναι, φά-
 σκων, ἐκ τῶν αἵμασι καὶ φόνοις χαιρόντων τι λαβεῖν. τοῦτο
 δὲ μόνον εἰπὼν, ὡς τὸν ὑπὸ θεοῦ φρουρούμενον οὐδεμιᾶ τινι
 15μηχανῇ δυνατὸν ὑπὸ οὐδενὸς διαφθαρεῖναι, ἡσυχίαν ἤγε. τοῖς
 δ' ἄλλοις ἅπασιν οὐ μάλιστα ἀξιολόγοις οὖσι, τὴν εἰς τὰς
 ἰδίᾳς μονὰς ἐπέτρεπον ἐπάνοδον. περὶ μὲν οὖν τὴν τῶν μον-
 ναχῶν πρεσβείαν τοιαῦτα πατριάρχῃ καὶ τοῖς συνωμόταις ἐτε-
 λείτο. βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς ὡς τὴν ὑπὲρ τῆς εἰρή- C
 20νης πρεσβείαν ὁ Βατάτζης δέει τῶν τὰ πράγματα διοικούντων
 ἀπηγόρευεν, εἰς τὸ στρατόπεδον ἐπανῆκεν. εὗρε δὲ ἐκ Θεσ-
 σαλονίκης ἀφιγμένους, οὓς αὐτὸς ὀλίγῃ πρότερον πρὸς πρω-

15. ὑπὸ οὐδενὸς P. 20. ἀρχόντων P. pro διοικούντων.

tem intuentes, et zelum meliusque consilium praeferentes ei sic opi-
 tulatum venirent,) verum etiam ut probris multis imperatorem Can-
 tacuzenum incesseret, nec se ab ipsis conspiratis amarulentia in
 illum vinci pateretur. Vnde et Thessalonicae cum iam esset, nullum
 erat ibi tam nobile crudelitate et nequitia scelus ante perpetratum,
 cui ipse non par faceret. Isaacium vero, qui ordinem ducbat, ad
 monasterium Petra dictum condemnant: ita, ut a nemine convenire-
 tur, nulla tamen re ad curandum corpus necessaria egeret. Sabam,
 quod virtute ceteris antestaret essetque imperatoris amicitia notissi-
 mus et ab ipsis facere nollet, in alio monasterio, Chora appellato,
 manere, nec cum a quoquam adiri decreverunt. Quem cum sedulo
 curare vellent, non tulit, dixitque, iniquum esse ab iis, qui in
 caede et sanguine voluptatem haberent, quidquam accipere. Hoc
 autem solo dicto, quem Deus tueretur, nulla eum machina ab ullo
 mortalium posse interimi, deinceps tacuit. Ceteris porro omnibus,
 ut non tanti aestimandis, ad monasteria sua reverisionem concesserunt.
 Legationem monachorum patriarcha et coniurati ad hunc modum
 exceperunt. Cantacuzenus, postquam Batatzes legatione de pace,
 metu eorum, qui regnabant, fungi pertimuit, ad exercitum rediit:
 ubi reduces invenit, quos nuper ad protostratorem miserat, nunti-

- A. C. 1342 τοστράτορα πέμπας ἦν, ἦκειν τὴν ταχίστην ἀπαγγέλλοντας, ὡς τῶν ἐκεῖσε πάντων ὑπὸ πρωτοστράτορος καλῶς διοικημένων. ἐδόκει μὲν οὖν καὶ βασιλεῖ, μὴ μέλλειν δεῖν, ἀλλὰ πρὸς Θεσσαλονικὴν ἐπείγεται οὕσαν ἀναγκαίαν. τῶν πρὸς τὴν τειχομαχίαν δὲ πάντων ἤδη παρεσκευασμένων, ἐκέλευεν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅμα πρῶτὶ τῶν τειχῶν ἀποπειρασαμένους, εἰ μὴ
- D δύναιτο παραστήσασθαι, τῇ μετ' αὐτὴν τῆς εἰς Θεσσαλονικὴν ἔχουσαι φερούσης. οὕτω μὲν οὖν ἐδέδοκτο. καὶ ἅμα πρῶτὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν ὀπλισάμενοι, προσέβαλον τοῖς τείχεσι προσύγοντες τὰς μηχανάς. διὰ πάσης δὲ ἡμέρας τῆς τειχομαχίας καρτερωτάτης γεγενημένης, μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἄλλοι, τῶν τε κλιμάκων προσερισθεισῶν τοῖς τείχεσι καὶ μηχανήματός τινος ἐπὶ τροχῶν χελώνης προσαγορευομένου. ἡ νύξ δὲ αὐτίκα ἐπιγενομένη διεκώλυσε τὴν ἄλωσιν. οἱ πολιορκούμενοι δὲ δεισαντες, μὴ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀδῆς μάχης 15 ἄλλοσι γενομένης, ἐβουλεύσαντο νυκτὸς πίστει λαβόντες παρὰ βασιλέως, ὁμολογίᾳ τὴν πόλιν παραδοῦναι. καὶ ἅμα πρῶτὶ ἐκ τῶν τειχῶν τοῖς εἰς τὸ στρατόπεδον ἐκέλευον μηνύειν βα-
- P. 465 σιλεῖ, εἰ βούλοιο ἐπὶ συμβάσει τὴν πόλιν παραλαμβάνειν. ἡδέως δὲ βασιλέως τὸν λόγον δεξαμένου καὶ κελεύοντος ἦκειν 20 πρὸς αὐτὸν, ὡς πάντα πράξοντος αὐτοῖς τὰ κατὰ γνώμην, ἦγον τοῦ τε δήμου καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς δυνατῶν ὀλίγοι καὶ τῶν τῷ κλήρῳ τῆς παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίας κατειλεγμένων. αἰτίας δὲ ὥσπερ ἀπολύοντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τῷ ὄπλι κεκινηκέναι πρὸς αὐτὸν, τὸ δεῖν ἔφασαν πεποιηκέναι. ὁμωμοκέναι γὰρ 25

antes, veniret quam maturime, omnia a protostratore illic bene administrari. Ne imperator quidem cunctandum, sed Thessalonicam, ut ad urbem maximi momenti, festinandum duxit; et omnibus iam ad moenia Peritheorii oppugnanda confectis, praecepit, iis postridie die illucescente tentatis, si conatus non responderet, die tertio viam versus Thessalonicam arriperet. Sic censuit. Die exorto, muros, admotis etiam machinationibus, invadunt; quos cum toto die oppugnasset acerrime, parum abfuit, quin eos acta iam testudine et scalis applicitis conscenderent; sed noctis interventus rem impedivit. Obsessi metuentes, ne die sequenti pugna instaurata caperentur, noctu decernunt, fide ab imperatore accepta, urbem dedere. Mane de moenibus clamorem in castra dantes, imperatori renuntiari iubent, si velit, ex pacto convento civitatem accipiat. Ille hoc nuntio gavisus, eos evocat, facturum se, quae optent, omnia. Veniunt de plebe et optimatibus pauci, de clero item nonnulli. Atque ut se purgarent quodammodo, aliter se facere nequissime dixerunt: propterea quod nuperrime sacramento concepto sponderint, se im-

ὀλίγη πρότερον ἀντιστήσασθαι τοῖς βασιλίδι πολεμοῦσι μέχρι Α. C. 1342
καὶ τοῦ δυνατοῦ. τούς τε ὄρκους τοιγαροῦν τετηρηκέαι ἀσφα-
λῶς, καὶ τὸ νῦν λυσιτελεῖν φαινόμενον ἐκ τῶν πραγμάτων
πράττειν μετ' εὐγνωμοσύνης. ὅθεν ἄξιοι συγγνώμης νομίζουσιν Β
5 εἶναι παρ' αὐτῶ. δεῖσθαι μέντοι καὶ τῆς δι' ὄρκων ἀσφαλεί-
ας, ὡς οὐδὲν πείσονται δεινὸν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον αὐτοῖς
εἰργασμένων ἔνεκα καὶ τῶν ὑβρεων, αἱ παρὰ φάτων καὶ
τοῦ μηδενὸς ἄξιον ἀνθρώπων εἴρηται πρὸς αὐτὸν, τῶν ἐν
λόγῳ πάντων μάλιστα ἀνωμένων καὶ τὴν ἀκολοσίαν τῆς
10 γλώττης τιθεμένων ἐν δεινῶ. οὐδεμιᾶς γὰρ ὑβρεως ἐφείδοντο
ἐσιτώτες ἐπὶ τῶν τειχῶν. ὅθεν καὶ ποτε βασιλέως ἐν ὅπλοις
παριόντος καὶ τὰ τεῖχη κατασκεπτομένον διὰ τὴν τειχομα-
χίαν, τρεῖς τινες ἐσιτώτες ἐπὶ τῶν τειχῶν, μᾶλλον τῶν ὑ-
βριων ἠφείδουν γνωρίμου γινόμενου. ὁ δὲ ἐγγὺς γενόμενος, V. 375
15 ἤρῳτα, εἰ εἰδότες, ὅστις εἴη, ὑβρίζουσιν οὕτως ἀφειδῶς. ἐνὸς C
δὲ ἀποκριναμένου, ὡς μάλιστα εἶδειεν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ
ὑβρίζειν πολλῶν ὄντα ἄξιον λοιδοριῶν, ὅτι ὑποστάτης γεγο-
νὼς τοῖς βασιλέως ἐπεβούλευσε παισὶ καὶ οὐδεμιᾶς ἀπέσχετο
20 πείρας ἀποκτεῖναι τούς οὐδὲν ἡδικηκότας μηχανώμενος. „πότε
οὐδὲ“ εἴρηκεν ὁ βασιλεὺς „ἐπὶ δίκην καταστάντα, ὅτι μὴ τὰ
ἐγκλήματα ἠδυνήθην ἀπολύσασθαι, κατεψηφίσασθε ἀδικεῖν
αὐτοὶ καὶ ἐπιτοχεῖν καὶ τοιαῦτα, οἷα λέγετε, τολμᾶν;“ τῶν δὲ,
ἐναγχος ἐκ Βυζαντίου, εἰπόντων, ἤκειν, ἐν ᾗ τὰ κατὰ βασι-

6. δεινὸν om. P.

peratricis hostibus quantum valerent restituros. Quod iurassent,
praestitisse hactenus fideliter: et quod nunc res ipsa utile futurum
doceat, id aequo animo facturos. Putare igitur, se dignos esse
venia. Cupere tamen iureiurando sibi caveri, nil grave passuros
ob ea, quae durantibus armis commisissent: ob convicia scilicet,
quae non sine summo dolore virorum gravium abiecti et nauci ho-
mines procaci lingua in eum contorserint. Nullis siquidem probris
stantes in muris parcebant: ut etiam aliquando armato imperatore
accedente et moenia propter oppugnationem contemplante, tres qui-
dam eo cognito effusius maledicerent. Qui propius accedens quae-
sivit, num scientes quis esset, adeo liberaliter contumelias dicerent.
Eorum uno respondente, maxime, et idcirco probra fundere, qui-
bus ipse multis dignus esset, quod fracta fide, imperatoris liberis
insidiaretur omnesque vias indagaret, quo illos meditatae ab se morti
offerret, a quibus nullam unquam sensisset iniuriam. Quando autem,
exceptit Cantacuzenus, in iudicium me vocatum, quia dissolvere cri-
mina non potui, et iniuriae et periurii et huius sceleris, quod obi-
citis, me condemnastis? Respondentibus illis, paulo ante Byzantio
venisse, a quo quae ipse in imperatorem adolescentem perverse ma-

- A.C. 1342 λέως ὑπ' αὐτοῦ ἐσκαιωρημένα ἐκμαθεῖν· δι' ἃ καὶ τοὺς ἐκεῖ τὰ βασιλέως ἠροημένους αὐτὸν ἐλαύνειν, πρὸς οὓς μὴ δυνάμενον ἀνθίστασθαι, ἐνθάδε ἤκειν. „ἀληθῶς εἰρηκας,” εἶπεν ὁ βασιλεὺς „ὦ ἑταῖρε, ἐκ Βυζαντίου τὰ τοιαῦτα δεδιδάχθαι· ἀλλ' ἐγὼγε αὐτοῦ τούτου ἕνεκα ἐνθάδε ἤκω, ἵνα σε τῆς γλωσ-5 σαλγίας τιμωρησάμενος, διὰ σοῦ κακείνους διδάξω μὴ τοιαῦτα ἀκολασταίνειν.” ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἐν μέρει παιδιᾶς τοιαῦτα πρὸς ἐκείνους διαλεχθεὶς, παρῆλθε. τῆς αὐτῆς δὲ νυκτὸς στρατιῶται, βασιλέως κελεύσαντος, ἐν ταῖς πύλαις προλοχίσαντες, ὥστε τῶν ἔνδον τινὰ ζωορῆσαι τοῦ τὰ πραττό-10 μενα ὑπ' ἐκείνων διδαχθῆναι, οὕτω συμβάν, αὐτὸν ἐκείνον τὸν ὑβριστὴν ἅμα ἔω τῶν πυλῶν πρὸς τινα χρείαν ἐξελθόντα ἐξαρκάσαντες, παρέστησαν βασιλεῖ. ὁ δ' ἀγνοεῖν ὑποκρινά-
- P. 466 μενος, ὅθεν τε εἶη καὶ ὅστις, ἠρώτα. νομίσας δὲ καὶ αὐτὸς ἀγνοηθῆναι, ὅσα ἤετο πρὸς τὴν παροῦσαν λυσιτελεῖν ἀνάγ-15 κην ἀπεκρίνατο. ὡς δ' ὁ βασιλεὺς τὴν ὑπόκρισιν ἀποθέμενος, αὐτὸν ἐκείνον ἀπεδείκνυε τὸν χθῆς εἶναι ὑβριστὴν, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι διατριβὴν οὐ μικρὰν ἐνεπρίει ἢ τοιαύτη συντυχία καὶ ὡς ἥδιστα διετίθεντο· τὸν ἑαλωκότα δὲ δέος οὐ μικρὸν εἰσῆει περὶ ψυχῆς ἀγωνιῶντα καὶ ὅσον οὐπω 20 μίζοντα ἀποθανεῖσθαι. βασιλεὺς δ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις μᾶλλον κἂν τοῖς τοιούτοις προσήκειν αὐτῷ νομίζων μεγαλοψυχεῖν, ἐφ' ἱκανὸν παραψυχῆς ἕνεκα τὰ χθῆς εἰρημένα
- B πρὸς τὸν ἑαλωκότα διαλεχθεὶς, ἔπειτα ἐκέλευε στολὴν πα-

chfnatus esset, didicissent: et Idcirco, qui illic imperatorem tuerentur, ipsum expulisse; quibus cum resistere nequeat, huc venire, Recte, mi homo, occurrit Cantacuzenus, haec vos Byzantio didicisse ais. Ego vero huc venio, ut cum te ob maledicam loquacitatem punivero, tuo exemplo ipsi protervire desinant. His per ludum dictis, praeteriit. Eadem nocte milites iussu imperatoris insidias ad portas tendentes, ut oppidanum aliquem caperent, ex quo quid intus generetur, exprimerent, casu ipsissimum conviciatorem, multo mane nescio cuius rei causa egredientem, rapiunt, imperatori sistunt. Qui se eum haud nosse simulans, unde et qui sit percunctatur. Ille plane ignorari se opinatus, pro necessitate praesenti respondet. Sed ubi imperator, persona deposita, hesternum esse conviciatorem ostendit, ceteris quidem omnibus hoc eventum non modicae delectationi et mirificae hilaritati fuit; captum vero pavor ingens subiit, de anima anxium et iamiam se interficiendum arbitrantem. At imperator cum in aliis, tum praesertim in huiscemodi rebus excelsum se et invictum animum decere ratus, oblectamenti gratia captivo dicta ipsius hesternum plene iteravit. Deinde stola maioris pretii, quam pro eius conditione, et auro insuper donatum recedere atque in fu-

ρέχειν πολυτελεστέραν, ἢ αὐτῷ προσῆκε. παρασχόμενος δὲ A.C. 1342
 καὶ χρυσίον, ἐκέλευεν οἴκαδε ἀναχωρεῖν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ-
 δε μηδενὸς καταψηφίζεσθαι πρὶν εἰς ἀπολογία καταστῆναι,
 ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν τῷ κατηγορουμένῳ φυλάττειν.
 5 ἄκραιφνῆ. ὃ δ' ἄπιστα σχεδὸν εὐτυχῆσας πρὶν γενέσθαι,
 βασιλέως ἐπαιέτης ἦν ἀντὶ τοῦ πρότερον ὑβριστοῦ. ἀλλὰ
 ταῦτα μὲν πρότερον. τότε δὲ ἐπεὶ οἱ πρέσβεις ἀμνηστί-
 αν τῶν ὑβρεων ἤτοῦντο καὶ ἐδέοντο βασιλέως εὖ ποιεῖν
 προσχωροῦντας ἐκοντὶ, προσηνῶς αὐτοῖς διαλεχθεὶς καὶ λό-
 10 γοις πείσας, μηδὲν ὑποπεύειν παρ' αὐτοῦ δεινὸν, ἐκέλευε
 καὶ γράμμασι βασιλικοῖς, ἃ αὐτοὶ ἤτοῦντο, βέβαια ποιεῖν.
 τῶν δὲ βασιλεῖ συνόντων τις δύσνους ὢν, ὡς εἶοικε, καὶ πο- C
 λεμῶν ἀφανῶς, κρύφα προσελθὼν τοῖς πρέσβεσι, συνεβού-
 λευε μὴ τὴν πόλιν παραδιδόναι. βασιλεὺς γὰρ εἰς τὴν ὕστε-
 15 ραίαν, ἃν τε προσχωρῶσιν, ἃν τε μὴ, πρὸς Θεσσαλονίκην
 κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἔγνωκε δεῖν ἀποχωρεῖν. οἱ δὲ, ἐπεὶ
 τοιαῦτα ἤκουσαν, μὴ ἃ κοινῇ πᾶσι δοκεῖ σκηψάμενοι εἰδέναί,
 πρὸς τὴν πόλιν ἀπεχώρουν. ἐπεὶ δὲ ἦσαν εἴσω πυλῶν, αὐ-
 20 θις ἐγκλεισάμενοι, παρεσκευάζοντο πρὸς μάχην. ἀναβάντες
 τε ἐπὶ τὸ τεῖχος, μὴ πᾶσιν ἔλεγον εἶναι τὸ νῦν ἔχον κατὰ
 γνώμην βασιλεῖ τὴν πόλιν παραδιδόναι, ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς Θεσ-
 σαλονίκην ἔγνωκε δεῖν ἀποχωρεῖν, εἰς τοῦπιόν αὐτοῖ διασκε- D
 ψάμενοι εἰ δοκεῖ λυσιτελεῖν, κοινῇ ψήφῳ προσχωρήσουσιν.
 οὕτω μὲν οὖν Περιθεώριον τειχομαχίᾳ τε ὀλίγου ἐδέησεν
 25 ἁλῶναι καὶ ὁμολογίᾳ προσχωρῆσαι βασιλεῖ. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ V, 376

turum neminem inauditum damnare alteramque aurem reo integram
 servare iussit. Ille ferme supra fidem felix, pro contumeliis impe-
 ratorem laudibus extollere. Sed haec prius acta sunt. Tunc vero,
 cum iniuriarum oblivionem peterent, qui ex oppido in castra vene-
 rant, orarentque, ut, quia sponte se dederent, bene illis faceret,
 verbis blande compellatos, ne quid ab se infestum timerent, hortat-
 us est; et quae petebant, imperatorio diplomate confirmari man-
 davit. De exercitu autem imperatoris malignus quidam, ut apparet,
 et hostis occultus, furtim ad legatos adiens, ab urbe tradenda eos
 revocavit; imperatorem die postero, sive se dederent, sive non,
 Thessalonicam summa adactum necessitate constituisse discedere.
 Quibus auditis, communis sententiae ignoracionem excusantes, in
 urbem regrediuntur. Intra portas inclusi, rursus defensionem pa-
 rant; conscensisque moenibus vociferantur, in praesens non omnes
 ad urbem imperatori tradendam consentire. Sed quia Thessaloni-
 cam omnino proficisci decreverit, se postea consultaturos et, si uni-
 versis approbantibus expedire videatur, in eius potestatem concessu-
 ros. Sic itaque Peritheorium et vi propemodum captum et dedi-

A. C. 1342 μὴ περιμένειν ἔξῃν πρὸς τὴν πολιορκίαν, ἀναστήσας τὴν στρατιάν, ἤλυνεν ἐπὶ Θεσσαλονίκην.

P. 467 λς'. Ἐν Βυζαντίῳ δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ὁ τοῦ Ἀνδρονίκου βασιλέως παῖς ψήφῳ βασιλίδος τε καὶ τῆς συγκλήτου στέφει τὴν κεφαλὴν ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου κατακοσμεῖται. ἐν τῇ ἑορτῇ δὲ καὶ τῶν τῆς συγκλήτου πλὴν ὀλίγων ἀξιωμάτων πάντες ἔτυχον, ὡς ἂν ἕκαστος παρὰ βασιλίδος καὶ πατριάρχου καὶ τῆς βουλῆς ἄξιος ἐκρίθη. καὶ Ἰσαάκιος μὲν Ἀσάνης πανυπερσέβαστος ἀπεδείχθη, δούξ δὲ μέγας ὁ Ἀπόκαυκος, καὶ ὁ Χοῦμνος μέγας στρατοπεδάρχης, Ἀνδρόνικος τε Παλαιολόγος, ὃς ἦν γαμβρὸς Ἀποκαύκῳ τῷ μεγάλῳ δουκὶ, μέγας καὶ αὐτὸς στρατοπεδάρχης, ὃ, τε Γαβαλᾶς πρωτοσεβαστὸς, καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες ὡς ἕκαστος. πατριάρχης C δὲ, ἐπεὶ τὴν ἀξίαν ἀμείβειν οὐκ ἐνῆν, εἰς σεμνότερόν τι περιέστησε τὸ σχῆμα καὶ ἐν τῇ ταῖς ὑπογραφαῖς ἠερανέῳ χρώματι ἐχρηῆτο καὶ τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν, ἣν τοὺς πατριάρχας ἔθος φέρειν, ἂν μὴ τοῦ τάγματός ὡσι τῶν μοναζόντων, ὀθόνη λευκῇ περιειλημμένην πρότερον, αὐτὸς κατεκόσμησε χρυσοῦ, εἰκόνας αὐτῇ τοῦ τε σωτῆρος ἡμῶν ἐγγράψας Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ τῆς τεκούσης αὐτὸν ἀχράντου Θεοτόκου καὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας δούξ ἄχρι μὲν ἐκείνου τοῦ χρόνου μετριώτερά τε φρονεῖν ἐδόκει καὶ τῆς βουλῆς εἶναι ὑπεκρίνετο εἰς, ἢ μᾶλλον καὶ πρὸ αὐτοῦ τοὺς ἄλλους ἤγε, μὴ τῆς κακουργίας αἰσθόμενοι

tione ferme acceptum fuisset. Imperator, quoniam obsidionem continuare non licebat, motis castris, Thessalonicam ire maturavit.

36. Byzantii Ioannes imperator, Andronici filius, Augusta et consiliariis ita volentibus, a Ioanne patriarcha corona exornatur: in qua festi diei celebritate omnes pene proceres, ut quemque imperatrix, patriarcha et concilium esse dignum iudicant, dignitates adepti sunt. Et Isaacius quidem Asanes panhypersebastus declaratus est, Apocauchus magnus dux, Chumnus magnus stratopedarcha; Andronicus Palaeologus, Apocauchi gener, etiam ipse magnus stratopedarcha designatur; Gabalas protosebastus, et ita alii omnes, eorum suffragiis, de quibus supra diximus. Patriarcha, quia gradum permutare non poterat, habitu se augustiorem fecit et in subscriptionibus colore caeruleo est usus flammenque seu tegmen capitis, quod antea patriarchas, si de monachis non essent, album ferre mos erat, ipse auro illustravit, Servatoris nostri et illibatae eius genitricis Deiparae ac Ioannis Baptistae depictis in eo iconibus. Apocauchus magnus dux, qui usque ad id temporis modestiam prae se ferebat et unum se de concilio simulabat, vel potius alios etiam sibi anteponebat, metuens, ne scelus eius

ὁρῶσθων, ὑπὸ Καντακουζηνῶ τοῦ βασιλέως ἐθελήσωσι μᾶλ-Α. C. 1342
 λον ἄρχεσθαι ἢ ἐκείνου. ἐπεὶ δὲ ἀξιωματὸς τε μείζονος ἐπε- D
 λάβετο καὶ τὸν πόλεμον εἶδεν ἀνζηθέντα ἐπὶ μέγα, τὸ προσ-
 ωπεῖον ἀποθέμενος; αὐτὸς πάντα ἦν καὶ πάντων ἤρχε καὶ
 5 μειζόνων καὶ ἐλαττόνων. αἶ τε γὰρ τῶν χρημάτων πρόσοδοι
 τῶν κοινῶν ὑπ' ἐκείνου διψκοῦντο καὶ πόλεων ἀρχαὶ καὶ στρα-
 τηγαί; οἷς αὐτὸς ἐκέλευεν, ἐδίδοντο καὶ εὖ ποιεῖν καὶ τοῦ-
 νατίον κύριος ἦν· καὶ πάνθ' ὁμοίως πρὸς Καντακουζηνὸν
 τὸν βασιλέα, ἕως ἔτι μέγας ἦν δομέστικος, ἡμιλλᾶτο πάντα
 10 ὑπ' ἐκείνου ἄγεσθαι βουλόμενος. συνιδῶν δὲ, ὡς ἐπαχθῆς τοῖς
 εὐγενεστέροις ἢ ἐκείνου ἔσεται ἀρχή, καὶ δείσας, μή τι διὰ
 ταύτην ὑπ' ἐκείνων ἐπιβουλευθῆ, ἔγνω δεῖν πάντας διαφθεί-
 ρειν, ὡς, εἰ τῆς φάυλης τύχης ὑπολειφθεῖεν μόνοι, ἑαδίως P. 468
 αὐτῷ πρὸς ἅπαν εἰζόντες τὸ προστατιτόμενον οὐκ ἀνοήτως
 15 οἰηθεῖς. καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν καθ' αἷμα προσηκόντων
 καὶ μάλιστα γνησίων ἤρχετο Καντακουζηνῶ τῷ βασιλεῖ, ὕλης
 τε εὐπορῶν πρὸς τὰς διαβολὰς καὶ τῶν ἄλλων μᾶλλον ὡς
 δυνατωτέρους δεδοικώς. ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐφεξῆς V. 377
 μετῆλθε, μηδενὸς φεισάμενος, τὸ δοκεῖν μὲν, ὅτι ψήφῳ τῆς
 20 συγκλήτου βουλῆς καὶ βασιλίδος καὶ μάλιστα πατριάρχου τὰς
 τιμωρίας, οἷς ἂν ἐθελήσειεν, ἐπάγων, τῇ δ' ἀληθείᾳ, τὰ
 δοκοῦντα ἑαυτῷ ποιῶν. τὴν δὲ βασιλέως μητέρα Καντακου- B
 ζηνῶ, καὶ πρότερον ἐν δεσμοτηρίῳ κατακεκλεισμένην, μᾶλ-
 λον ἐκάκουν ἐξεπίτηδες καὶ οὐδὲν εἶδος λύπης ἀπέλιπον ἐπι-

olfacientes, Cantacuzeni, quam ipsius imperium mallent, ubi et gradum excellentiorem est consecutus et bellum in maius auctum vidit, larva deposita, factus est omnia maiorumque iuxta ac minorum rerum arbitrium ditionemque usurpavit. Nam et communia vectigalia ab eo procurabantur et praefecti ac duces urbium ex eius voluntate creabantur; beneque et male facere in illius manu erat; ac per omnia nitebatur similis esse Cantacuzeno adhuc magno domestico. nihil non a se regi atque administrari desiderans. Sed enim perspiciciens, imperia sua nobilioribus iniucunda et onerosa fore, timensque, ne quid idcirco insidiarum sibi pararetur, omnium perditorum consilium cepit, ut humiles soli relictis, auctoritati suae in omnibus propensius parerent. Nec erat stulta cogitatio. Ac initium quidem a Cantacuzeni consanguineis et amicis germanissimis duxit: cum et materia ad calumniandum abundaret et eos ut opulentiores amplius metueret. Deinde alios ordine aggressus, nulli pepercit: specie quidem, quasi imperatricis et optimatum eius praesertimque patriarchae decreto, poenas, quibus illi vellent, inferret; re autem ipsa libidini suae obsecutus, Cantacuzeni autem matrem iam ante in carcerem conditam de industria vexare instabat, nec

- A. C.** 1342 δεδεδειγμένοι πρὸς ἐκείνην. φύλακας τε γὰρ ἐπέστησαν ἀνθρώπους ἀναιδεῖς καὶ τὸν τρόπον βαρβάρους, καὶ πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι προσέτατον πικρίαν πρὸς αὐτὴν καὶ πάντα ποιεῖν ἐφ' ὕβρει καὶ καταφρονήσει. τὰ τε ἀναγκαῖα πρὸς τροφήν, καίτοι καὶ πρότερον ἐνδεῶς παρέχοντες, ἔτι μᾶλλον γλίσχρως ἔχορῆγουν. εἰ δέ ποτε ἔδει καὶ ζωμόν τινα παρέχειν, φιλανθρωπευσασμένους δῆθεν, εἰδότες, ὡς πολυτελείᾳ ἐντραφεῖη καὶ τρυφῇ καὶ οὐδενὸς ἂν ἄψαιτο μεμολυσμένου, τὰς χεῖρας
- C** ἀνίπτους καθιέντες, διηρεύνων δῆθεν τὸν ζωμόν, εἰ μὴ τοι ἔνδον κρύπτοιτο γράμματα παρὰ τοῦ υἱοῦ ἀπεσταλμένα, καί-10 τοι γε αὐτοὶ τῶν προσαγομένων ὄντες μάγειροι. ἂ ὄρωσα, μᾶλλον ἤρεῖτο λιμῶ βιαιῶς ἀποθνήσκειν, ἢ τοιούτων γεύεσθαι. ἐν χειμῶνί τε σφοδροτάτῳ καὶ κρυμῶδει οὐδεμίαν, οὐτ' ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, οὐτε ἐκ πυρὸς παρείχοντο παραμυθίαν, καίτοι βασιλίδος μηδεμιᾶς κατὰ τὸ σῶμα θερα-15 πείας κελευούσης ἀποστερεῖν. παρὰ πᾶσάν τε ἡμέραν οὐκ ἐνέλιπον οἱ φύλακες τὸν υἱὸν ἀσέμνως ὑβρίζειν ἐπ' αὐτῆς, καὶ ὡς ἄγγελίως δῆθεν πεπυσμένοι, ἀπήγγελλον, ποτὲ μὲν,
- D** ὡς συλληφθεῖη ὁ υἱὸς καὶ ἀτίμως ἄγοιτο περικείμενος κλοιῶ· ἄλλοτε δὲ, ὡς μάχης γενομένης, ἐπ' αὐτῆς ἀποκτανθεῖη καὶ 20 ἄγοιτο ἢ κεφαλῇ, ἣν παραμυθίας ἕνεκα καὶ πρὸς αὐτὴν ἄγειν ὑπισχοῦντο, καὶ ἕτερα ὠμότερα καὶ ἀπανθρωπότερα πολλῶ, ἔξ ὧν ἐκείνη τὴν καρδίαν ὑπερζέσασα καὶ κατατα-

12. γένεσθαι P. 14. ἐξ ἐπιβλημάτων M. mg. pro ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων.

ullum genus molestiae ei non adhibebat. Nam et custodes illi dedit homines impudentes moribusque barbaros; quibus praecepit, omnem in illam diritatem expromere et quam indignissime contemptissimeque tractare. Hinc quamvis antea quoque victus ei maligne praeberetur, tamen hi tenuiorem adhuc suppeditabant. Quod si quando, officio humanitatis videlicet, ius porrigendum esset, cum laute ac delicate educatam, nihilque posse immundum ac sordidum tangere non nescirent, manus illotas immittentes pervestigabant, ecquid intus laterent a filio litterae, tametsi quod offerebant, ipsimet cokerant. Quod cum illa videret, misera fame emori, quam spurcitiam huiusmodi gustare maluit, Hieme autem acerrima ac perfrigida nec ex veste stragula ad corpus cooperiendum, nec ex accenso foco ullum ei solatium impertiebant, quamvis Augusta mandasset, ut in ea curanda nihil praetermitteretur. Quin etiam toto die custodes, ipsa audiente, in filium maledicta sine fronte iactare non cessabant et, tamquam si nuntios accepissent, illi narrabant, alias quidem, captum esse et catenis iniectis foede raptari; alias, commisso proelio occisum iamque caput afferri, quod consolationis causa

κείσα, πυρετοῖς ἐλήφθη σφοδροταίοις. αἱ δὲ περὶ αὐτὴν A.C. 1342
 γυναῖκες, πολλὰ τῶν ὠμοτάτων ἐκείνων ἀρχόντων δεηθεῖσαι,
 ὥστ' ἐπιτρέψαι ἰατρὸν πρὸς αὐτὴν εἰσαγαγεῖν καὶ προνοίας
 ἀξιῶσαι μικρᾶς τινος, οὐκ ἠδυνήθησαν πρὸς ἔλεον ἐκκαλέ-
 5σασθαι τὰ σπλάγγνα τῶν ἀγνωμόνων ἐκείνων καὶ σπλάγγνα
 ἐσθίειν ἀνθρώπων εἰθισμένων ὁσημέραι. ἀλλ' ἀπεῖπον αὐτῇ
 πᾶσαν θεραπείαν, ὥσπερ αὐτοχειρία κατασφάττοντες. ἡ βα- P. 469
 σιλίς δὲ ὑπὸ τοῦ πυθομένη, ὅτι νοσοίη ἢ τοῦ βασιλέως μή-
 τηρ, καὶ ὡς οὐκ ἐπιτραπείη παρὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τοῦ
 10 διδασκάλου τῆς οἰκουμένης καὶ μαθητοῦ τοῦ πράου καὶ φι-
 λανθρώπου ἰατροῦ πρὸς αὐτὴν εἰσελθεῖν, ὠνείδισε μὲν αὐ-
 τοῖς πικρῶς τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ἀναλγησίαν· τὸν δὲ ἰατρὸν
 ἐκέλευεν, ὅς αὐτῇ πρὸς τὰς νόσους συνήθης ἦν, πρὸς ἐκείνην
 15 καὶ ἡ λοιπὴ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἀνδρῶν φατρία τὸν ἰατρὸν
 παραλαβόντες, ὄρκους ἀπήτουν, ὥστε ἐλθόντα πρὸς ἐκείνην,
 μηδὲν περὶ τῆς νόσου διατάξασθαι. τοῦ δὲ καὶ τὴν ἐπιδημίαν
 ἀπαγορεύοντος, εἰ μέλλοι μηδὲν ἐκ τῆς τέχνης ὠφελεῖν, ἠνάγ-
 καζον αὐτοὶ τὰ κελευόμενα ποιεῖν, ἵν' αὐτοῖς τε ἢ ἐξαρχῆς B
 20 ὠμότης διασώζοιτο καὶ μηδὲ βασιλίδος καταφρονεῖν δοκοῖεν,
 τὰ κεκελευσμένα μὴ ποιοῦντες. εἰ δ' ἰσχυρογνωμονοίη καὶ
 πρὸς ὠφέλειαν τι τῆς νοσοῦσης λέγοι, μὴ μέμφεσθαι ἀν-

19. ἡ om. P. 22. τε P.

ad eam quoque se allaturos pollicebantur; aliaque demum crudeliora et immaniora multo: unde supra modum corde inflammato et contabefacta, in rapidissimam febrim incidit. Feminae sociae archontas saevissimos, uti medicum illam visitare paterentur, quamvis obstantes, inflectere non poterant: usque adeo improborum illorum et consuetorum quotidie humana devorare viscera ad miserationem viscera obduruerant. Omnem ei curationem negarunt, quasi manibus suis eam iugulantes. Imperatrix ubi per nescio quem illam aegrotare, nec ab archontibus et a magistro orbis atque discipulo mitis illius ac benigni praeceptoris medicum ad eandem permissum ingredi rescivit, tantam feritatem tamque alienos ab omni humanitate animos verbis asperioribus ipsis exprobravit et medicum suum misit, qui pro morbo ei medicinam faceret. At patriarcha et reliquis ille bonorum virorum coetus sacramento hominem adigere, ingressum nihil ad depellendam aegritudinem praescripturum. Quem accessum recusantem, si iacenti ac laboranti ex arte sua nihil profuturus esset, coegerunt imperatrici obedire, ut et crudelitatem suam usque ab initio servarent et auctoritatem Augustae contempsisse ne viderentur, si accessu illum ad aegrotam prohibuissent. Si pertenderet et quippiam ad salutem male habentis

A.C. 1342 τοῖς, ὡς αὐτοῦ τῶν ἐσομένων κακῶν αἰτίου ἑαυτοῦ παρεσο-
 μένον· δῆλος γὰρ ἤδη εἶναι ἡρημένος τὰ Καντακουζηνοῦ. ὁ
 δὲ δείσας τὴν ἀπειλήν, (οὐδὲν γὰρ ἦν τὸ μέσον τοῦ τε ὑπο-
 V. 378 πτευθῆναι καὶ τοῦ πάσχειν τὰ δεινότερα,) πρότερον ἐπαγγει-
 λάμενος μηδὲν τῶν γινομένων μηνύσειν βασιλίδι, ἔπειτα πρὸς⁵
 βασιλέως εἰσῆει τὴν μητέρα. μηδὲν δὲ δυνάμενος διὰ τὸ ἐκ
 τῶν ἀρχόντων δέος φθέγγεσθαι, τοὺς ἐπομένους φύλακας ὡς
 C ἐνῆν διαλαθῶν, νεύματι ἐσήμαινε τὴν ἐν ἀγκῶνι φλέβα τέ-
 μνειν, ἔπειτα ἐξῆει μηδὲν τὸ σύνολον φθειγῆμένος. αἱ γυ-
 ναῖκες δὲ αὐθις τῶν ἀρχόντων δεηθεῖσαι τὸν τέμνειν φλέβας¹⁰
 ἐπιστάμενον εἰσάγειν οὐ συνεχωροῦντο. ὅθεν ὑπὸ τοῦ πυρε-
 τοῦ κατεργασθεῖσα καὶ μηδεμιᾶς ὄλως προνοίας ἀξιωθεῖσα,
 ἐτελεύτησεν ἕκτη μηνὸς Ἰανουαρίου δεκάτης οὔσης Ἰνδικτιῶ-
 νος τοῦ ζῶν' ἔτους. τελευτώσης δὲ ἤδη, ἣ τοῦ βασιλέως
 Ἀνδρονίκου ἀδελφῆ, ἣ πρότερον μὲν Μιχαὴλ τῷ Μυσιῶνι¹⁵
 συνώκησε βασιλεῖ, ἔπειτα, ἐκείνον τελευτήσαντος, πρὸς τὸν
 ἀδελφὸν ἐπανελθοῦσα καὶ τὴν ἐν βασιλείοις διατριβὴν κατα-
 λιποῦσα, μονάζειν εἴλετο καὶ Θεοδοσία ἐκ Θεοδώρας με-
 D τωνομάσθη, πνυθομένη περὶ τῆς βασιλέως μητρὸς, ὅτι τε-
 λευτιῶ, καὶ ὡσπερ ἀμειβομένη τῶν παρ' ἐκείνης πρότερον²⁰
 ἀπρηγμένων ἀγαθῶν, (πολλὴν γὰρ εἰς ἐκείνην ἐπεδείκνυ-
 το τὴν εὐνοίαν,) ἀφίκετό τε εἰς τὸ δεσμοκτήριον πρὸς αὐ-
 τὴν καὶ παρέμεινεν ἄχρι τελευτῆς. ἔπειτα τὸν νεκρὸν ἐξα-
 γαγοῦσα παρὰ τὴν μονὴν, τῆς πρὸς μητρὸς ἐκείνης μάμμης

20. παρ' add. M.

diceret, ne ipsos postea accusaret, cum semet in calamitatem prac-
 cipitasset; Cantacuzenismi enim iam manifestum fore. Medicus
 comminatione territus (nihil quippe inter suspectum esse et acer-
 bissima perpeti intererat) cum spondisset, nihil horum imperatrici
 indicaturum, ad Cantacuzeni matrem introivit. Cumque propter for-
 midinem archontum loqui non auderet, sequentes custodes, ut li-
 cebat, fallens, e brachio mittendum sanguinem gestu significabat.
 Deinde mutus plane abibat. Mulieres iterum archontibus supplices,
 phlebotomum introducere non permittebantur. Sic omni prorsus
 curatione negata et febris consumpta, octavo Idus Ianuarias, Indictio-
 ne decima, anno ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo
 quinquagesimo hanc lucem deserit. Imperatoris Andronici soror,
 quondam Michaeli, Moesorum regi, nupta, et marito mortuo ad fra-
 trem reversa, vitaeque aulica relicta et monasticam complexa ac
 Theodosia ex Theodora dicta, ubi eam animam agere intellexit, ve-
 lut remunerans eius in se merita (sui enim cupidissimam senserat)
 in carcerem venit, et usque ad ultimum spiritum ab ea non reces-
 sit, quam elatam in monasterio aviae ipsius defunctae matronae,

ἀδελφῆς τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων βασιλέως Μιχαήλ Α. C. 1342
 τῆς Μάρθας προσαγορευομένην, ἐν τοῖς πατρίοις κατέθηκα
 τάφοις. ἔπειτα ἐκεῖθεν πρὸς βασιλῖδα ἀναστρέψασα, ἀπήγ-
 γειλε τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ἀπανθρωπίαν τῶν ἀρχόντων, ἦν
 5 περὶ ἐκείνην ἐνεδείξαντο ἄχρι τελευτῆς. ἡ δ' ὄρκους διεβε-
 βαιούτο, μηδὲν εἰδέναι τῶν γεγενημένων, πλὴν ὅτι εἴροεσθαι P. 470
 προσετέτακτο παρ' αὐτῆς, κατεγίνωσκε τε καὶ αὐτὴ πολλὴν
 ἐκείνων τὴν ἀπήθειαν. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνης τελευτὴν τὰ χρή-
 ματα ἐκείνης τε καὶ τοῦ υἱοῦ διηρηνάτο καὶ πολλὰ ἐκείνων
 10 ἐξευρίσκειτο, μάλιστα δ' ὅτι καὶ πατριάρχης κατὰ τῶν ἐχόν-
 των ἐξεῖπεν ἀφορισμὸν, ὃν εἶχεν ὡσπερ τινὰ δορυφόρον ταῖς
 παρανόμοις ἐπιθυμίαις πάσαις ὀξύτατα ὑπηρετοῦντα, ὃν οἱ
 πολλοὶ τῶν ἐχόντων δεισάντες, φέροντες τὰ φυλατιόμενα πα-
 ρεῖχον· οἱ δὲ καὶ ὡς παρὰ δίκην γινομένου καταφρονοῦντες,
 15 ἵστεως μὲν κατεῖχον, χρόνῳ δὲ ὕστερον ὑπὸ τῶν συνειδότεων
 μηνυόμενα πάντα ἀναλώθη. οὕτω δὲ ἦσαν πλεῖστα τὰ ἐξ- B
 ευρισκόμενα, ὥστε, καίτοι πολλῶν αὐτὰ πρότερον συμμεριζο-
 μένων, καὶ τὰ μὲν Ἀποκαύκου τοῦ μεγάλου δονκός παρα-
 κατέχοντος, ἕτερα δὲ Γαβαλᾶ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ, (κάκεινος
 20 γὰρ συνάρχων τῷ μεγάλῳ δονκὶ τὰ κοινὰ διήκει καὶ μεσά-
 ζων βασιλίδι ἦν,) καὶ Κιννάμου τοῦ μυστικοῦ τῶν βασιλι-
 κῶν χρημάτων τότε ταμίου ὄντος, καὶ πολλῶν ἑτέρων εὐνού-
 χων, οἱ παρεδυνάστευον, ὅμως ἐκ τῶν ὑπολειπομένων ἀνα-
 λίσκοντες, τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον συνεκρότουν· οὕτως

sororis inquam Michaelis primi Palaeologi, Marthae appellato, in paterno monumento composuit. Deinde Augustam adiens, crudelitatem inhumanam archontum nuntiavit, qua in eam usque ad mortem saeviissent. Illa Deum hominesque testari, nihil horum se scire: tantummodo iussisse in carcerem dari, et eorum barbaram feritatem ipsa quoque execrari. Secundum obitum eius, filii pecunia indagata et ingens inventa est. Quia enim patriarcha adversus eam servantes anathematismum vibraverat, (quem velut ministrum ac satellitem quemdam sceleratis cupiditatibus suis omnibus promptissime inservientem habebat,) eum multi metuentes, custoditam a se pecuniam afferebant. Alii hoc fulmen velut iniustum despicientes, interim retinebant, donec a consciis prodita penitusque distracta et distributa est. Tam autem innumerabilis fuit, ut, quamquam multi eam inter se partirentur et pars Apocaucho, magno duci, obtingeret, pars Gabalae protosebasto, (nam et is Apocaucho erat in re publica regenda socius et imperatricis aulae praefectus sive curator,) pars Cinnamo, comiti sacrarum largitionum, multisque insuper eunuchis, qui simul dominabantur, nihilominus ex reliquis impensam in bellum contra Cantacuzenum tolerarent. Ceterum imperatrix multum

- A.C. 1342 ἦσαν ἄπειρα τῷ πλήθει. ἡ βασιλις δὲ πολλὰ πολλάκις περὶ εἰρήνης πρὸς πατριάρχην καὶ τοὺς ἄλλους τῶν πραγμάτων ἄρχοντας διαλεχθεῖσα, οὐδὲν ἀνῦσαι τῶν δεόντων ἠδυνήθη, C ἐκείνων ἤδη κατὰ κράτος πᾶσαν ἐσχηκότων τὴν ἀρχὴν καὶ οὐδ' ἄκροις ὡς τὴν εἰρήνην παραδεχομένων. τοῦ δοκεῖν δὲ 5 δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ βασιλίδι καὶ σφίσιν αὐτοῖς συμφέροντα αἰρεῖσθαι, κατασκόπους δῆθεν προπέμποντες πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα, ἔπειτα ὑποδεχόμενοι ἐπανιόντας, εἰσηγῶν πρὸς βασιλίδα, ἄλλα τε πολλὰ ἐκείνου καταπνευδομένους καὶ ὡς ἀναφανδὸν πρὸς τοὺς συνόντας μεγαληγοροίη, 10 ὡς, εἰ περιγένοιτο ἐν τῷ πολέμῳ, βασιλίδα μὲν καὶ βασιλέα V. 379 τὸν υἱὸν ἀποκτενεῖ μόνον, ἀτιμάσας μηδὲν πατριάρχῃ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, οἳ τὸν παρόντα πόλεμον ἤγειραν αὐτῷ, με D τὰ πολλὰς αἰκίας ἐφύβριστον καὶ βριαϊότατον θάνατον ἐπάξει. οἳ καὶ τοῖς λεγομένοις ἐκ συνθήματος εὐθύς παρόντες, μεγί- 15 στήν πρόφασιν ἐποιοῦντο τοῦ μὴ δύνασθαι πρὸς κίνδυνον τοσοῦτον σφᾶς αὐτοὺς ὑπάγειν ἐκοντὶ τῷ κατ' ἐκείνων οὕτω μαινομένῳ διὰ τῆς δοκούσης εἰρήνης ἐγχειρίζοντες, αὐτίκα τε ἐψηφίζοντο τὸ δεῖν ἐκείνῳ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ πολεμεῖν, καὶ εἴ τις τι περὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον εἰρήνης φθέγγεται 20 το, πολέμιον ἠγεῖσθαι καὶ αὐτόν. ἐπεὶ δὲ βασιλεὺς τε ὁ Καντακουζηνὸς ἐξεστράτευσεν πρὸς τὴν ἐσπέραν καὶ Ἀποκαυκος ὁ μέγας δούξ τὴν πᾶσαν ἤγε Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, τὸ

4. πάντων P.

ac saepe cum patriarcha reliquisque imperii gubernatoribus de pace agens, ipsis iam rerum potentibus et a mentione pacis refugientibus, nihil aequum impetrabat. Tamen ut a iustitia non recedere, et imperatrici ac sibimet consultum velle existimarentur, exploratores ad Cantacuzenum mittunt eosque reversos excipiunt, ad Augustam introducunt, cum alia multa in eum mentientes, tum quod palam inter suos ac magnifice iurasset, si vicisset, illam cum filio imperatore extra omne decus aliud occisurum tantummodo; patriarcham cum consortibus, qui hoc bellum contra se conflasset, fustibus prius ignominiose coopertos, contumeliosa et atrocissima morte interempturum. Qui narrationi huic ex composito statim praesentes, inde velamen maximum arripiebant, cur non possent in tanto discrimine sponte in ipsos adeo insanienti se subdere et per pacem tradere. Statim omni conatu ac lubentia illi armis occurrendum, et si quis de pace verbum ederet, similiter in hostis loco habendum edixerunt. Sed Cantacuzeno cum exercitu in occidentem profecto, Apocauchus, magnus dux, totius imperii rector, ex continenti se posse resistere desperabat: quod ut tali adversario se minime pa-

- μὲν ἐκ τῆς ἠπειροῦ καὶ αὐτὸς ἀντιστρατεύεσθαι ἐκείνῳ ἀπε- A. C. 1342
 γίνωσκεν, (ἴδει γὰρ λόγου ἄξιον διαπραξόμενος οὐδὲν, οὐδὲ
 πρὸς τοιοῦτον ἀνταγωνιστὴν ἀξιόχρεως ἐσόμενος αὐτὸς,) τῇ
 δὲ ἐκ Βυζαντίου καὶ Θράκης στρατιᾶ οὐκ ὀλίγη οὔση Ἄνδρό- P. 471
 5 νικόν τε Παλαιολόγον τὸν γαμβρὸν καὶ Θωμᾶν τὸν Παλαιο-
 λόγον ἐπιστήσας στρατηγούς, ἐκέλευεν ἐκείνῳ ἐπομένους βλά-
 πτειν, εἴ τι δύναιντο, φυλαττομένους μᾶλλον, μὴ κακῶς
 αὐτοὶ παθεῖν. αὐτὸς δὲ τοῦ μὴ δοκεῖν ἀργὸς καθῆσθαι τῶν
 ὄλων ἔχων τὴν ἀρχὴν, ἐβδομήκοντα νεῶν στόλον ἐξηρτύετο,
 10 ὡς ἐκ θαλάσσης πολεμήσων. δαπάνη δὲ ἦν αὐτῷ πρὸς
 τὰς τριήρεις τὰ βασιλέως χρήματα, ἃ ἐκρύπτετο ἐν Βυζαν-
 τίῳ. καίτοι γε αὐτοῦ πάντες πολλὴν κατεγίνωσκον ἀβελτηρίαν,
 εἰ πρὸς ἠπειρώτιν στρατιὰν ἐκ θαλάττης αὐτὸς ἀντιτάττε- B
 σθαι παρασκευάζοιτο καὶ χρήματα τοσαῦτα οὐκ εἰς δέον ἂ-
 15 ναλίσκοι. τὸ δ' ἀπέβαινε ἐναντίως, ἢ ἂν τις ἐκ τῶν πρα-
 γμάτων στοχαζόμενος φῆθη. πλεῖστα γὰρ ἔβλαψε τὰ Καν-
 τακουζηνῷ τοῦ βασιλέως πράγματα, εἰς Θεσσαλονίκην οὐκ
 ἐκ προνοίας ἰδίας, ἀλλὰ κατὰ τύχην ἀφικόμενος. ταῦτα μὲν
 οὖν ὕστερον εἰρήσεται.
- 20 λζ. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς ἐπεὶ Περιθεώριον C
 εἰλεῖν οὐκ ἠδυνήθη, ἀναγκαῖον δὴ ἤγεῖτο πρὸς Θεσσαλονίκην
 τὴν ταχίστην ἀφικέσθαι, δεῖν ἔγνω πρότερον πρωτοστράτορι
 μηνύειν τὴν ἐπιδημίαν. εἰδὼς δὲ, ὡς Συργῆς στρατιώτας
 πέμψας φυλάττει τὰς ὁδοὺς τοῦ μὴ λαθόντα τινὰ ἀγγελίας

rem, ita nullum quoque operae pretium facturum sciret. Copiis autem Byzantinis et Threiciis non mediocribus cum Andronicum Palaeologum generum et Thomam Palaeologum duces dedisset, mandavit, ut illum insequentes, hostibus incommovent, si quid possent, caventes magis, ne quid ipsi detrimenti acciperent. Ipse vero ne sedere videretur summus rerum princeps, sexaginta navium classem velut e mari pugnaturus adornavit; in quas de pecunia Cantacuzeni Byzantii occultata sumptum fecit: tametsi illum omnes, ut valde vesanum, reprehenderent, qui terrestri exercitui navalem opponere institueret tantamque pecuniam nullo fructu insumeret. Aliter autem quam quis ducta ex rebus coniectura putavisset, evenit; plurimum enim rei Cantacuzenicae obfuit, Thessalonicam non dedita ab se opera, sed forte quadam delatus, de quo postea disseretur.

37. Cantacuzenus imperator, ubi Peritheorium adducere in potestatem nequivit, et Thessalonicam sibi necessario festinandum censuit, de adventu suo protostratorem prius monendum duxit. Cum autem comperisset, Syrgen missis militibus vias obsidere, ne quis ad eum fallens nuntios perferret, contra nequitiam illius artificium huiuscemodi excogitavit. Duobus millibus imperavit, uni quidem,

- A. C. 1342 ἕκ τινος αὐτῷ κομίζειν, τοιοῦτόν τι πρὸς τὴν ἐκείνου πονη-
ρίαν ἀντιτεχνᾶται. τῶν στρατιωτῶν δυσι τὸν μὲν ἐκέλευεν
ἀποδυθέντα καὶ περιαγκωνίσαντα ἑαυτὸν ἄγεσθαι δεσμώτην,
τὸν ἕτερον δὲ ἄγειν. εἰ δὲ οἱ τὰς ὁδοὺς τηροῦντες περιτύ-
D χιοιεν, τὸν ἄγοντα φάσκειν, ὡς τὸν ἵππον ἀπολωλεκῶς, τὸν 5
μὲν οὐχ εὗροι, τὸν χαλινὸν δὲ παρὰ τὰνδρὶ τούτωϊ· ἀπαιτοῦν-
τα δὲ καὶ τὸν ἵππον, μὴ ἀποδιδόναι, ἀλλὰ τὸν χαλινὸν μό-
νον εὗρηκέναι παρὰ τὴν ὁδὸν δισχυρίζεσθαι. οὗ δὴ χάριν
δήσαντα, ἄγειν πρὸς τὸν βασιλέως θεῖον, ὅπως παρ' ἐκείνου
βασανιζόμενος ἀποδοίῃ καὶ τὸν ἵππον. ἐκέλευε δὲ καὶ τὸν 10
V. 380 δεσμώτην τῷ ἄγοντι τὰ ἴσα συνομολογεῖν. τοῦτον δὲ τὸν
τρόπον παρελθόντας τοὺς φυλάσσοντας, ἔπειτα ἕκαστον οἱ
προσσετέτακτο ἀποχωρεῖν. οἱ μὲν οὖν ἐποίουν κατὰ τὰ κε-
κελευσμένα καὶ διαλαθόντες τοὺς ἐπὶ τὴν φυλακὴν τεταγμέ-
νους τῶν ὁδῶν, ἤκον πρὸς πρωτοστράτορα ἐν Θεσσαλονίκῃ. 15
P. 472 βασιλεὺς δὲ, ὡς μάλιστα ἐνῆν, τὸ νῦν μὲν Πολύστυλον, ἐν
τοῖς Ἑλληνικοῖς δὲ χρόνοις Ἀβδηραν ὠνομασμένον, πολίχμιον
παράλιον ὄν, ἔπ' αὐτοῦ τε ἠκοδομημένον πρότερον καὶ τότε
διὰ τὴν ἀρχαίαν εὐνοίαν οὐκ ἀποστάν, πολλῆς προνοίας ἀ-
ξιώσας, σιτόν τε αὐτοῖς ἐπιχορηγήσας καὶ στρατιώτας πρὸς 20
ἐπικουρίαν, αὐτὸς τὴν ἄλλην ἔχων στρατιάν, τὸ παρὰ τὴν
Χριστούπολιν τείχισμα διελθὼν, ἐστρατοπέδευσεν ἐν Φιλίπ-
ποις. ἔπειτα ὡς ἐκεῖθεν ἀναστὰς εἶχετο τῆς ὁδοῦ, συντυγ-
χάνει τῷ τε παρ' αὐτοῦ πρὸς πρωτοστράτορα ἀπεσταλμένῳ

1. κομίζει P. 3. περιαγκωνίσαντα P. et M. 17. Ἀβδηραν
M. 23. τῆς om. P.

 πείραν ἐγὼ ποιήσομαι τοῦ πράγματος, ἔξ ἧς ἔσται καὶ ὑμῶν
 καταφανὲς εἰρημένον, ὥσπερ ἔχει. Χρυσοβέργῃ γὰρ τῷ παρ'
 ἐμοῦ πρεσβεύοντι λόγους ἀναθήσω τινὰς, ὥστ' αὐτοὺς μόνος
 μὴ βασιλίδι ἀπαγγέλλειν, ὥσπερ εἶωθα καὶ πρότερον ποι-
 V. 493 εἶν. εἰ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦτο πράττειν συγχω- 20
 ρηθῆ, εὐδελον, ὡς ἔξεστιν αὐτῇ πράττειν ἅττα ἂν ἐθέλη.
 ἂν δ' ἐπ' αὐτῶν κελεύωσι τοὺς λόγους ἀπαγγέλλειν, μηδε-
 μίαν ἕτεραν ἀπόδειξιν ζητεῖν τοῦ τάληθῆ περὶ αὐτῆς εἰρη-
 D σθαι." τοιαῦτα εἰπὼν ἀνεξέπεμπεν αὐτοῖς ἅμα καὶ τὸν Χρυ-

nunc iussu praefecti cubiculi sedent: quod et protostratori modo
 contigisse intelligo: et pars exercitus, quae mihi favere visa est,
 periit; altera pars, ut suspecta, contemnitur; quae restat, modica
 est. Unde igitur, quaeso, imperium constituetis ac firmabitis, cum
 quod vos tueri ac servare possit nihil habeatis? Quae omnia et
 vos ponderare, et imperatrici ac patriarchae ceterisque nuntiare
 communiterque pacem decernere, nec insano consilio etiam parvas
 istas principatus Romani reliquias disperdere oportet. Cum legati
 in uno tantum contradixissent affirmassentque, imperatricem non ut
 ei renuntiatum esset, ab archontum iudicio ac sententia pendere,
 sed per se esse rerum dominam, quaeque sibi viderentur, ea facere,
 omnibus ei accurate obedientibus: At ego, inquit, nisi liquidissime
 scivissem, quid dicerem, nihil frustra temereque protulisset. Quod
 si vos ignoratis, rei periculum faciam. Chrysobergi enim legato
 meo committam, quae solus soli imperatrici indicet, quod et alias
 consuevi. Si ea facere ab ipsis archontibus permittetur, certum
 erit, licere ei quae velit. Sin ad se referrī inusserint, non alia
 probatio requiretur, qua me verum de illa dixisse cognoscatis. Haec
 locutus, simul cum illis Chrysobergem mitti, diebus quindecim

σοβέरण, πεντεκαίδεκα προθεσμίαν ἡμερῶν πρὸς διάσκεψιν A.C. 1343
 διδούς. ἐκεῖνος δὲ Φεραίοις τε ἄρχοντα ἐφίστη, καὶ πρε-
 σβείαν ἐπεμπε πρὸς Κράλην, καὶ ὑπεμίμησε τῶν ὄρκων
 καὶ τῶν συνθηκῶν τῶν πρὸς αὐτόν. οἷς αὐτὸς ἐμμένων, ἤξιόν
 5 κακέϊνον μὴ διαλύειν, ἀλλ' ἀφίστασθαι, Φεραίων αὐτῷ
 προσχωρησάντων, καὶ μῆτε πολεμεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅσα δυνατὰ
 συναίρεσθαι πολλὰ κεκακωμένοις ὑπὸ τοῦ πολέμου. αὐτοῖς
 τε Φεραίοις ἐλπίδας ὑπετίθει χρηστοτέρας, ὡς τάχιστα ἀφι-
 ξόμενος παρ' αὐτοῦς καὶ προνοίας τῆς δεούσης ἀξιῶσων.
 10 τοιαῦτα μὲν ἐπαγγελάμενος ἐξέπεμπε κακέϊνους. οἱ ἐκ τοῦ
 Μομιτζίλου δὲ ἀπιοῦσι συντυχόντες τοὺς μὲν καὶ συνέλα-
 βον αὐτῶν, οὓς ὕστερον ἀπέλυσαν γυμνοὺς, οἱ δὲ μόλις
 διαδρᾶναι δυνηθέντες, αὐτῶν πρὸς βασιλέα ἐπανῆκον, πᾶσαν P. 616
 ἀπολέσαντες ἀποσκευήν. ἐφ' οἷς ἄγαν ἤχθητο ὁ βασιλεὺς
 15 ὁρῶν τὴν πόλιν κινδυνεύουσαν, καὶ ἐζήτηι ὅπως ἀμύνοιτο
 Μομιτζίλου βλάπτοντα τὰ μέγιστα. οἱ ἐκ Βυζαντίου δὲ πρε-
 σβευταὶ ἐπεὶ πρὸς βασιλίδι ἐπανῆκον, ἀπήγγελλον τε τοῖς ἄρ-
 χουσι τὰ περὶ τῆς πρεσβείας, καὶ τὰ πρὸς πατριάρχην γράμ-
 ματα παρείχοντο. οἱ δὲ ἤχθητο ἀποτυχόντες ὧν ἐνόμιζον
 20 κατωρθωθέναι. μεταπεμφάμενοι δὲ καὶ Χρυσοβέργην ἡρώ-
 των, εἴ τι ἀπαγγέλλειν ἔχει. ὁ δὲ περὶ μὲν τῆς κοινῆς ἔφη
 πρεσβείας οὐδὲν ἔχειν πλέον τῶν τοῖς γράμμασιν ἐγγεγραμ-
 μένων ἀπαγγέλλειν, ἰδίᾳ μὲντοι πρὸς βασιλίδι λόγους τι- B
 νὰς ἔχειν, οὓς ἐκελεύσθη μηδενὸς ἑτέρου παρόντος, πρὸς
 25 μόνην ἐκείνην λέγειν. οἱ δ' ἐκέλευον λέγειν πρὸς αὐτοῦς

17. ἀπαγγέλλοντες M.

ad deliberandum praefinitis: dein Pheris praefectum designat et Cralem per oratores foederis iuramentorumque admonet: se ea servare docet: ipse ne violet, rogat, sed a Pheraeorum iam sibi ditorum oppugnatione desinat, et bello attentuatis, pro eo ac possit, opituletur: Pheraeos spe bona implet, dum se brevi ad eos venturum, et quatenus indigeant, iis consulturum spondet. Atque cum hac sponsione et illos legatos dimittit. Momitzili autem milites abeuntibus occurrentes partem eorum ceperunt ac rebus ablatis, postea nudos dimiserunt: pars altera, omnibus relictis impedimentis, cum vix effugisset, ad imperatorem reversa est. Qui maiorem in modum irascens, quod urbis periculum videbat, quomodo iniuriam maximam a Momitzilo persequeretur, quaerebat. Byzantini legati ad Augustam reversi archontibus legationem renuntiarunt, atque etiam litteras patriarchae reddiderunt. Qui se felici, quem sperabant, successu frustratos doluerunt. Chrysobergem porro advocatum interrogarunt, si quos nuntios ferret. Respondit ille, de communi eorum

A.C. 1343 καὶ μὴ ληρεῖν ἀδύνατα ἀξιοῦντα. τοῦ δὲ μηδενὶ τῷ ἑτέρῳ
 ἐξειπεῖν ἂν δυσχυριζομένου, ἠπείλουν μαστιγοῦν καὶ ἔκφορα
 τὰ ἀπόρρητα ποιεῖν προσαναγκάσειν. ὡς δὲ οὐδὲν ἐνεδίδου
 πρὸς τὰς ἀπειλὰς, καὶ τὰς πληγὰς ἐπῆγον. ὁ δ' οὐδὲν ἤτιον
 ἔφρασκεν ἀποκρύψειν, ἂν καὶ δεινότερα τολμῶσιν· εἰδότα γὰρ 5
 οἷα πρὸς Βρουλᾶν τῆς εἰρήνης ἕνεκα πρότερον τετόλμηται
 ἐλθόντα, οὕτως ἤκειν παρεσκευασμένον, ὡς πᾶσαν οἴσονται
 κάκωσιν καὶ παροινίαν. ὁ μὲν οὖν οὕτως ἀπίστητος ὤρατο
 C καὶ πρὸς καρτερίαν παρεσκευασμένος τῶν δεινῶν. οἱ δ' ἐπεὶ
 ἐώρων ἀδύνατοις ἐπιχειροῦντες, πολλὰ εἰς αὐτὸν καὶ τὸν 10
 πέμψαντα ὑβρίσαντες, ἔπειτα ἐξήλανον τῆς πόλεως αὐθη-
 μερὸν μηδένα περὶ τῆς προσβείας λόγον ποιησάμενοι. ὁ δὲ
 πρὸς βασιλέα τὰ γεγενημένα ἀπήγγελλεν ἐλθὼν· κακείνός ἤδη
 τὴν εἰρήνην ἀπογνοῦς, ἐστράτευσεν ἐπὶ Γαρέλλαν. Κοντο-
 στέφανος δὲ ὁ ταύτης ἄρχων προσεχώρησεν ἐκὼν τῇ βασι- 15
 λεῖ καὶ παρέδωκε τὴν πόλιν· ἐν ἧ καὶ Καταβοληνὸς Ἰωάν-
 νης πρὸς βασιλέα ἤχθη, τῶν οἰκειῶν τῆς βασιλίδος ὄν. ὄν
 ἔπεμπεν εἰς Βυζάντιον ἀντίκα, μηδενὸς, ὃν εἶχεν, ἀποστρη-
 θέντα, ἧξίου τε αὐθις καταλύεσθαι τὸν πόλεμον καὶ μὴ
 D διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν φιλονεικίαν τὰ ἀνήκεστα δεῖ- 20
 νὰ Ῥωμαίους ὑπομένειν. πατριάρχης δὲ καὶ οἱ λοιποὶ οὐδὲν
 ἤτιον, ἢ πρότερον, ἤρουντο πολεμεῖν.

legatione non plus habere se, quod nuntiaret, quam in litteris po-
 situm esset: separatim habere, quae imperatrici dicat, quae iussus
 sit soli, nemine alio praesente, dicere. Illi instant, ut sibi ea ar-
 cana detegat: et ne inepte conetur, quod obtineri non possit. Eo
 asseverante, nulli alteri enuntiatum, flagellis secreta illa expres-
 suos interminantur. Cum ad minas staret imperterritus, plagas in-
 cutiunt. Is nihilo minus, quamvis acerbiora auderent, se arcana
 celaturum affirmabat, scientemque probe quae in Brulam de pace
 legatum antea designassent, ad qualemcumque eorum vexationem
 petulantiamque sufferendam promptum et alacrem venire. Chryso-
 berges adeo intrepidus et ad horribilia quaeque excipienda paratus
 erat. Archontes ut in aëre se piscari viderunt, ipsum et a quo
 veniebat multis probris considerunt: homineque eodem die civi-
 tate pulso, de eo legato apud imperatricem ne mutiverunt quidem.
 Ille ad imperatorem reversus, quid sibi accidisset, narravit. Qui,
 pacis spe proiecta, Garellam cum copiis abiit, cuius praefectus
 Contostephanus non illibenter ei se cum oppido tradidit: in quo et
 Ioannes Cantabolenus, unus e domesticis Augustae ministris, adduc-
 tus est. Quem subito, nulla re spoliatum, Byzantium mittens,
 rursum rogat bellum sedari, et ne per mutuam eorum contentio-
 nem Romani damnis mactentur irreparabilibus. Ceterum patri-
 archa et reliqui bellum, ut semper, malebant.

ος. Βασιλεύς δὲ καὶ τὴν μεγάλην εἶλε Καρόαν φρού- A.C. 1343
 ριόν τι ὁμολογία. ἔνθα διατρίβοντι καὶ πρωτοκνηγὸς ὁ V. 494
 Βατάτζης προσεχώρησε μετὰ τῶν συγγενῶν ὄντων οὐκ ὀλί- P. 617
 γων· καὶ τότε Πολύβοτον, πόλιν Θρακικὴν ὑπὸ τῶν συ-
 5γενῶν κατεχομένην, προσῆγε βασιλεῖ, καὶ Τηρίστασιν τὸ φρού-
 ριόν, ὃ πρότερον αὐτὸς ἔτι βασιλέως Ἀνδρονίκου περιόντος
 οἰκειοῖς ἀναλώμασιν ἐτείχισεν. ἔφασκέ τε, ὡς ἐν μὲν ταῖς
 ἀρχαῖς τοῦ πολέμου μάλιστα, νομίσας περὶ βασιλέα ἡγνω-
 μονηκέναι καὶ τοῖς ἐκείνου παισὶν ἀδίκως ἐπιβουλεύειν καὶ
 10 παραιρεῖσθαι τὴν ἀρχὴν, ἀποστῆναί τε αὐτοῦ διὰ τὴν νομι-
 ζομένην ἀδικίαν καὶ πολεμεῖν ἀπάσῃ δυνάμει. τοῦ χρόνου
 δὲ τριβομένου καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπολλυμένων ἀκλεῶς ὑπὸ
 τοῦ πολέμου, ὁρῶν ὡς βασιλεῖ μὲν τὰ τε Ῥωμαίοις κοινῇ
 συνοῖσόντα καὶ τοῖς βασιλέως σπουδάξεται παισὶ, παρακοι- B
 15 μωμένῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἄγονσι τῶν Ῥωμαίων τὴν
 ἡγεμονίαν, οὐδὲν ἔστι προὔργου, ἢ πάντας διαφθεύραντας
 ἐκείνους ἄρχειν, βασιλέως δὲ τοῦ πειδὸς ὀλίγα ἢ οὐδὲν
 φροντίζοντας, καὶ τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας, συνιδῶν τε ἐκ
 τῶν γινομένων ὡς ἐκείνοι ἀδικοῖεν καὶ διαφθεύροιεν φανλό-
 20 τητι τρόπων τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων, ἀποστῆναί τε ἐκείνων
 καὶ προσχωρῆσαι βασιλεῖ, καίτοι γε μεγάλας ἀφορμὰς ἔχων
 τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας. τῷ τε γὰρ νιῶ συνώκισε τὴν πα-
 τριάρχου θυγατέρα, καὶ τὴν αὐτοῦ τῷ μεγάλῳ δουκὸς νιῶ
 ἐξέδωκε πρὸς γάμον. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων συγγενείας πρὸς C

76. Imperator castellum quoddam, magnam Caryam, deditione
 acquirit. Illic versanti et venatorum princeps Batatzes cum cogna-
 tis non paucis se permisit, et Polybotum, urbem Thraciam a neces-
 sariis suis occupatam, in eiusdem fidem adduxit, et Teristasin oppi-
 dulum, quod ipse prius imperator, vivo Andronico, suo sumptu
 muris circumdederat. Hic Batatzes fatebatur, se in primordio belli
 huius, cum putaret, eum in imperatorem demortuum esse ingratissimum
 et eius filii scelerate insidiari iisque imperium eripere, se
 ab eo defecisse et contra quantum valuisset pugnassisse. Tempore
 autem labente et Romanis nulla cum laude bello intereuntibus,
 cum observaret, ipsi communes Romanorum et liberorum impera-
 toris rationes cordi ac studio esse, praefecto autem cubiculi et
 aliis, in quorum manu esset imperium, nihil esse tam optatum,
 quam ut occisis omnibus ipsi regnarent, imperatoris vero pueri et
 ceterorum salutem eos parvi aut nihili pendere: cum item ex factis
 notaret, esse homines improbos et vitiositate sua imperium Roma-
 num perdere, ab illis ad ipsum transiisse, quamvis causas ipsis
 studendi non leves haberet. Nam et filio suo patriarchae filiam
 desponderat et suam magni ducis filio coniunxerat. Sed quamvis

- A.C. 1343 αὐτοὺς καὶ οἰκειότητος, βδελύξασθαι τε τοὺς τρόπους καὶ τὴν παρὰ βασιλεῖ διατριβὴν ἐλέσθαι μᾶλλον. βασιλεὺς δὲ ἀσμένως τε ἐδέξατο καὶ τῶν τε λόγων καὶ τῆς κρίσεως χάριν ὁμολογεῖ· καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ τοῦ προσεχωρηκέναι ἀμειβόμενος, αὐτῇ μὲν τὴν μεγάλου στρατοπεδάρχου 5 παρείχετο ἀξίαν, τοῖς ἄλλοις δὲ τῶν συγγενῶν ἐκάστη ἀναλόγως καὶ τιμὰς παρείχετο καὶ προσόδους ἐτησίους. εἶτα σὺν ἐκείνῳ εἰς Τηρίστασιν ἐλθὼν, ἐκείνην τε παρελάμβανεν ἐκείνου παραδιδόντος, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πολίχνια καὶ τὰ φρούρια προσεχώρουν. Καλλιούπολις δὲ καὶ Ἐξαμίλιον ἀντεῖχον καὶ πᾶσαν δεῖν ᾔοντο μᾶλλον ὑπομένειν 10 πολιορκίαν, ἢ προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ. ἔτι δὲ αὐτῇ περὶ Χερδρόνησον διατριβόντι Σουλμῖαν, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν σατραπῶν εἷς, εἰς Χερδρόνησον μετὰ στρατιᾶς περαιωθείς, συνεγένετο τῷ βασιλεῖ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, καὶ ἵππους τε παρεί- 15 χετο καὶ ὄπλα δῶρα καὶ στρατιὰν οὐκ ὀλίγην συμμαχεῖν. φιλοφρονηθεὶς δὲ ὑπὸ βασιλέως καὶ αὐτὸς, ἀνέστρεφεν εἰς τὴν Ἀσίαν. βασιλεὺς δὲ τὰ μήπω προσχωρήσαντα πολίχνια ἐπήει καὶ κατεδουλοῦτο, καὶ πρὸς Μυριόφυτον ἐλθὼν ηὐλίσατο τὴν νύκτα ἐν οἰκίᾳ μεγάλῃ διωρόφῳ. εἰδίστο δὲ διά- 20 τε τὴν βραχύτητα τῆς ἡμέρας· χειμῶν γὰρ ἦν καὶ τὸ ἀνάγκη ἔχειν ἄχοι νυκτὸς ἔφιππον εἶναι, (οὐ γὰρ ἦν ὅποι τῶν ἵππων ἀποβάντας ἄριστον αἰρεῖσθαι, τῆς Θουρίας ἀπάσης ὑπὸ V. 495 τοῦ πολέμου ἀοικητοῦ γενομένης πλὴν τῶν πόλεων,) ἀρχομέ-

15. συνεγένετο P.

affinitate et necessitudine cum iis ita copulatus esset, tamen mores eorum detestatum, facere ab imperatore malle. Imperator virum libenter accipit, et tum de oratione hac, tum de iudicio gratias agit: eumque pro isto erga se animo, et quod ad suas partes accessisset, remunerans, magnum stratopedarcham creat: cognatis aliis cuique pro portione honores et annuas mercedes attribuit. Post cum illo Teristasin veniens castellum, eo tradente, occupat. Finitima quoque castella et oppidula se dedunt. Calliopolis et Hexamilium, qualemcumque potius obsidionem sustinendam, quam deditionem ei faciendam, arbitrantia, resistunt. Adhuc in Chersoneso manebat, cum Sulimanus, unus ex Asiae satrapis, qui in eam peninsulam cum exercitu traiecerat, Aegospotami in colloquium veniens, equos, arma et non exiguam militum manum ad auxilium ei donavit. A quo vicissim comiter acceptus, in Asiam rediit. Imperator reliqua oppida in potestatem adduxit et Myriophyti in amplis aedibus, duas contignationes habentibus, pernoctavit. Consueverat autem propter brevitatem diei, (ut hibernis mensibus,) et quod necesse erat usque ad noctem equo insidere, (non enim inveniebant, ubi descenden-

νης εὐθὺς ἡμέρας ἀριστῶν καὶ οὕτω διημερεύειν. οἱ περὶ Δ. C. 1343
 αὐτὸν δὲ κατὰ τὸ ἔθος ἀναγκάζοντες ποιεῖν, οὐκ ἠθέλησε,
 δεῖσθαι μὲν τροφῆς εἰπὼν, ἀναχωρεῖν δὲ ἐπείγεσθαι οὕτως
 αὐτομάτως· αὐτίκα τε ἐπέβησαν τῶν ἵππων, κελύσαντος ἐ-
 5 κείνου, καὶ πρὸς ἑτέραν πολίχνην οὐ πολὺ διέχουσαν Μυριο-
 φύτου, Χώραν προσαγορευομένην, ἦλθον, ἔτι μῆπω προσχω-
 ρήσασαν. πέμπας τε ὁ βασιλεὺς προσηγόρευε τοὺς πολίτας
 καὶ παρήγει προσχωρεῖν. οἱ δ' ἀντὶ προσηγορίας κακῶς
 ἤκειν ἔφασαν αὐτόν. αὐτοὺς δὲ ἀμνηεῦσθαι προθυμότερα,
 10 αὐτὰν ἐπέη, ἀπὸ τῶν τειχῶν. τοῦ πρεσβευομένου δὲ κατηγοροῦν· B
 τος, ὅτι ἀνοήτως καὶ θρασέως ἀποκρίνοιτο βασιλεῖ προσαγο-
 ρεῖοντι, ἕτερον ἔφασαν ἐκεῖνοι βασιλέα ἔχειν, αὐτὸν δὲ ἐν οὐδέ-
 νων ἄγειν μοῖρα, καὶ ὕβρεις αὐτίκα κατέχεον αὐτοῦ πολλάς.
 ἔτι δὲ περὶ τὰς ὕβρεις ἐκείνων ὄντων, σεισμὸς ἐγένετο ἐξαίσιος
 15 οἶος, καὶ τὰ τε τείχη κατέπιπτε τῆς πόλεως καὶ τῶν οἰκιῶν ὑπὲρ
 τὰς δύο μοῖρας, καὶ κατεχώσθησαν ὑπὸ τε τῶν τειχῶν καὶ τῶν
 οἰκιῶν ὑπὲρ τριακοσίου. ὅσοι δὲ διέφυγον τὸν κίνδυνον, βα-
 σιλεῖ προσέδραμον ἐξεληθόντες, καὶ ἐδέοντο μὴ σφᾶς καὶ τέ-
 κνα περιδεῖν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀνδραποδισθέντας ἄν. τῆς C
 20 αὐτῆς δὲ ὥρας ὑπὸ τοῦ σεισμῶ ἐκείνου καὶ ἡ οἰκία, εἰς ἣν
 ἠῶλισατο ὁ βασιλεὺς τὴν νύκτα, κατέπεσεν ἐκ θεμελίων, καὶ
 ἡ περὶ βασιλέα τοῦ θεοῦ πρόνοια ἐγένετο καταφανής, οὕτως
 ἐκ προδήλου κινδύνου ῥυσαμένου. εἰ γὰρ, ὥσπερ οἱ περὶ αὐ-

tes pranderent, tota Thracia in solitudinem praeter urbes bello
 redacta,) mox ipso diluculo prandere et sic diem traducere. Comi-
 tibus itaque ad observandam consuetudinem impellentibus, non
 paruit, cibo se quidem indigere affirmans, a semetipso autem ad
 discessum urgeri: statimque iussi equos conscenderunt et ad oppi-
 dulum aliud, Choram dictum, Myriophyto non procul remotum,
 quod nondum se dediderat, venerunt. Imperator per caduceatorem
 cives salutatur eosque ad deditionem hortatur. Illi pro eo, ut resalu-
 tarent, malo fato ipsum advenisse aiunt: si eos oppugnet, a muris
 impigerrime se defensuros. Caduceatori eos reprehendenti, quod
 imprudenter atque confidenter imperatori salutanti responderent,
 alium se habere imperatorem inquit, Cantacuzenum nullo lo-
 co ducere: moxque contumelias in illum ingeminant. Quas cum
 adhuc funderent, terra tremit horribiliter: quo tremore moenia
 oppidi procubuerunt, domorumque amplius duae partes et se-
 pulti ruina aedium ac moenium plures trecentis. Qui salvi re-
 stabant, extra oppidum accurrere obstatarique, ne se cum li-
 beris in servitutem a barbaris abripiendos deserat. Eadem hora,
 eodem terrae motu aedes, in quibus pernoctarat, a fundamentis
 corruerunt, divinaque providentia circa imperatorem eluxit, quae
 certo periculo ipsum liberavit. Si enim comites hortantes audiens,

- A. C. 1343 τὸν παρήνον, ἀριστῶν ἐπέθετο ἐκεῖ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε μὴ αὐτὸν τε καὶ τῶν συνόντων οὐκ ὀλίγους ὑπὸ τῆς οἰκίας καταχωσθῆναι· οὕτως ἦν βραχὺς ὁ μετὰ χρόνος παρεληλυθώς. τῆς δὲ περὶ αὐτὸν στρατιᾶς ὠρημένης τὴν πολίχνην, ὡς πολεμίαν, διαρπάζειν, καὶ τῶν Περσῶν τοὺς ὑπολει-5 πομένους ἀνδραποδίζειν ἐπιχειρούντων, ἐκώλυσε ὁ βασιλεὺς Δ ἔλθῶν καὶ περιέσωσε τὴν πολίχνην. καὶ διπλᾶς ἀπεδίδου τὰς εὐχαριστίας τῷ θεῷ, τοῦ τε ἀπὸ τῆς καταπεσούσης οἰκίας αὐτὸν καὶ τοὺς συνόντας περισωθῆναι, καὶ τοῦ τὴν Χώραν οὕτως ἐτοιμὴν προκειμένην ἐπὶ τὴν διαρπαγὴν περισώσασθαι 10 δυνηθῆναι. ἔπειτα αὐτοῖς τῶν εἰς ἐκεῖνον ὕβρεων συγγνώμην παρασχόμενος καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας, οἱ τὰ τείχη ἀναστήσουσιν, ἀπῆρκεν ἐκεῖθεν πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις. οἱ δὲ ἐπιτεταγμένοι πρὸς τὸν τειχιισμόν κατὰ τὸ βασιλέως πρόσταγμα πολλὴν εἰσενεγκάμενοι σπουδὴν, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῶν 15 προτιέρων ἀνέστησαν βελτίω καὶ ἐρῶμενέστερα. ἐπεὶ δὲ οὐδενὸς ἐνέδει πρὸς ἀπαρτισμὸν αὐτοῖς, ἐπιβουλεύσαντες οἱ P. 619 κατὰ τὴν πολίχνην, ἐξήλασαν τοὺς βασιλέως ἀθίς καὶ βασιλίδι προσεχώρησαν· καὶ πρὸς πολλῶν δυσχερῶν ἐλθόντες πείραν, ἄχρις οὗ καὶ Βυζαντίου βασιλεὺς ἐκράτησε, διέμει- 20 ναν πολιορκούμενοι καὶ κακῶς πάσχοντες ὑπὸ τῶν περιοικίδων πόλεων.
- A. C. 1344 οἷ. Βασιλὶς δὲ ἡ Ἄννα καὶ ὁ πατριάρχης, ἠῤῥημένον Βδρῶντες ἤδη Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα καὶ πόλεις τε ὕ- V. 496 ποποιησάμενον πολλὰς καὶ στρατιὰν οὐκ ὀλίγην ἔχοντα, νο-25
9. αὐτῶν P.

illic cibo corpus refecisset, cum non paucis de suis procul dubio obtritus periisset: adeo breve tempus intercesserat. Iam vero cum miles oppidum Choram, ut hostile, vellet diripere, et Persae quod reliquum erat civium captivum ducere aggredierentur, imperator superveniens vetuit oppidumque intactum servavit et duplicatas Deo gratias egit, tum quod a lapsu domus ipsum cum suis asseruisset, tum quod Choram ita direptioni expositam ab ea servare potuisset. Posthaec conviciis ignovit, et aedilibus designatis, qui muros reaedificarent, ad alias urbes inde progressus est. Porro fabri cementarii, pro mandato imperatoris impigre laborantes, brevi spatio meliores ac validiores prioribus extruxerunt: quibus extrema iam manu imposita, incolae, comparatis insidiis, imperatoris factionem rursum expulerunt et ad partes Augustae defecerunt, atque in multas difficultates et infortunia adducti, donec imperator Byzantium occupavit, obsidionem vicinarumque urbium iniurias perpassi sunt.

77. Ceterum Anna imperatrix et patriarcha Cantacuzeni opes plurimum oppidorum copiarumque accessione crevisse animadvertentes,

μίσαντες ἀπορία τοῦ κωλύσοντος αὐτὸν ἠϋξῆσθαι, τὸν μέγαν A.C. 1344
 δοῦκα στρατηγὸν αὐθις ἐψηφίσαντο, καὶ ἐπέτρεψαν τὸν πρὸς
 ἐκεῖνον πόλεμον. ὁ δ' εὐθὺς τὴν στρατιὰν ὅση ἦν παραλα-
 βὼν, ἦλθεν εἰς Ἡράκλειαν. πνθόμενος δὲ περὶ βασιλέως, ὡς
 5 Χαριουπόλει ἐνδιατρίβει ὀλίγῳ πρότερον προσχωρησάσῃ,
 Λογγῖνόν τινα τοῦ δεσμοτηρίου ἔξαγαγὼν, ὃς τῆς εἰς βασι- C
 λέα ἔνεκα ἐδέδετο εὐνοίας, καὶ μετεωρίσας πολλαῖς ἐπαγγελ-
 λίαις, εἰ δυνηθεῖη βασιλέα ἀνελεῖν, ἔπειτα προφάσεως ἔνεκα
 εὐπροσώπου καὶ γράμματα παρέσχετο πρὸς βασιλέα. ἐδήλου
 10 δὲ τὰ γράμματα τοιαῦτα, ὡς πρότερον μὲν αὐτῷ Διδυμο-
 τείχῳ ἐνδιατρίβοντι ἐπιστρατεύσας, συντεθείη συγγενέσθαι.
 τοῦ καιροῦ δὲ κωλύσαντος τὴν συντηχίαν, ἐκεῖνον μὲν οἴκαδ' ἃ
 ἐπανελθεῖν, αὐτὸν δὲ καιροῦ λαβόμενον ταῖς ὑπὸ βασιλέα
 τελούσαις πόλεσιν ἐπιστρατεύσαι, ἃ οὐκ ἐχρῆν ποιεῖν. ὕφ'
 15 ὧν ἀναγκασθέντα καὶ αὐτὸν, καίτοι βουλόμενον οἴκοι δια-
 τρίβειν, εἰς Ἡράκλειαν ἐλθεῖν μετὰ τῆς στρατιᾶς. εἰ μὲν D
 οἷν αὐτῷ πειθόμενος εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανέλθοι, κάλλιστ' ἂν
 ἔχοι· πάνσαιτο γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς τὴν στρατιὰν ἀνονήτοις
 πόνοις κατατείνων· εἰ δ' ἑτέρως ἔγνωκε, πλέον μὲν οὐδὲν
 20 ἔρεῖν, αὐτὸν δὲ εἰδέναι ὅτῳ ἔγνωκεν ἀντικαθίστασθαι.
 τὸν αὐτὸν γὰρ εἶναι, ὃν πάλαι οἶδε. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰ
 γράμματα ἀνέγνω, τὸν ἄρχοντα Ἀπρίων, ὃς παρ' αὐτῷ ἦν,
 τῆς πόλεως προσχωρησάσης, ἔπεμπε πρὸς αὐτὸν, τοιαῦτα ἀν-
 τεπιστείλας, „ἀνέγνων σου τὰ γράμματα, παρικοιμώμενε, καὶ

cum ideo factum arbitrarentur, quia defuisset, qui eius incrementa
 impediret, magnum ducem exercitui de integro praeficiunt, eique
 belli rationes committunt. Is nil cunctatus cum totis copiis He-
 racleam contendit. Audiens autem, imperatorem esse Chariopoli, quae
 se nuper illi tradidisset, Longino quodam e carcere, quo, ut Can-
 tacuzeno amicus, coniectus fuerat, educto multisque promissis ere-
 cto, si posset illi vitam adimere, honesti practextus gratia litteras
 quoque eidem ad eundem perferendas dedit: earum haec erat sen-
 tentia. Se alias, cum in illum Didymotichi degentem moveret, col-
 locutionem cum eo pepegisse, quam quia tempus negaret, domum
 revertisse. Ipsum interea, opportunitate arrepta, urbes imperatori
 Ioanni subiectas armis per nefas invasisse. Unde quamquam cete-
 roqui manere domi voluerit, cum agmine militari Heracleam profici-
 scisci debuisset. Quamobrem si sibi obsecutus domum redeat, re-
 ctissime facturum, et se quoque cessaturum milites suos inutilibus
 delassare laboribus. Si aliter censeat, nihil se dicturum amplius:
 ipsum satis scire, cui se statuat opponere: eundem enim esse,
 quem pridem expertus fuerit. Imperator, lecta epistola, praefectum
 Apriorum, qui forte, urbe iam dedita, aderat, ad illum mittit cum

A.C. 1344 τὴν μὲν ἐγκειμένην μεγαλαυχίαν καὶ τὸν τυφὸν θανμάζειν
 P. 620 μάλιστα ἐπῆλθε· πάνυ γὰρ ἀνάρμοστα τῇ ἡλικίᾳ πράττεις.
 δέον γὰρ διὰ τὸ γῆρας τοῦ τολμήματος καὶ τῆς εἰς τὰς μά-
 χας εὐψυχίας ὑφιέναι, σὺ δ' ἐν ἡβῃ μὲν ἦσθα δειλότερος
 λαγῶ, νυνὶ δ' ἐν βαθεῖ γῆρα συῶν οὐδαμῶς ἀμβλυτέραν⁵
 ἔχεις τὴν ὁρμὴν. εἰ μὴ τοῦτο φαίης, ὡς νέος στρατιώτης
 ὢν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκτῆσω καὶ νέον τυφόν. τῆς ἀληθείας
 δέ σε καὶ πάνυ ἐπαινῶ. αἰεὶ γὰρ εἰωθὼς παρὰ τὸν βίον
 καταψεύδεσθαι καὶ αὐτοψεύδος ὢν, νῦν με μάλιστα εἰδέ-
 ναι σε εἰπὼν, πάνυ μάλιστα ἐφθέγγω τάληθές. οἶδα γὰρ¹⁰
 σαφῶς, ἔξ οἷας τύχης ἀνειλόμην, καὶ ὡς ἤξιῶσα μειζόνων,
 ἣ προσῆκε. βασιλέως δὲ διὰ τὴν προσοῦσαν μοχθηρίαν καὶ
 Βτῶν τρόπων τὴν φανυλότητα δεσποτηριῶ κατακλείσαντος
 πρὸς ὄργην, αὐτὸς ἐξήγαγον παραιτησάμενος καὶ πρὸς τὴν
 προτέραν τύχην ἐπανήγαγον. καὶ οὐχ ἄπαξ, ἀλλὰ καὶ πολ-¹⁵
 λάκις ὕστερον βουλομένου τοῦ βασιλέως τῆς πονηρίας κολά-
 ζεσθαι ἀξίως, αὐτὸς παρητούμην διαλύων τὴν ὄργην καὶ
 πολλῶν καὶ μεγάλων ἤξιουν ἀγαθῶν. καὶ πολλάκις καὶ βα-
 σιλέως περιόντος, καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν προσκεκρουκότος,
 ὧν οὐδὲ σὲ οἶομαι ἐπιλελῆσθαι, οὐδένα τῶν προσκερούσεων²⁰
 λόγον ἐποιούμην, οἷόν τινα ζῶν τῶν ἀχθοφόρων, πρὸς μὲν
 τὸ ἀχθοφορεῖν κεκρημένος μόνον, τῶν δ' ἄλλων εἴ τι πρόσ-
 Cεστι δυστροπίας ἀμελῶν. ὅτι δὲ εἰς τοσοῦτον ἔμελλες ἀτο-

5. οὐδενὸς τῶν ἐν ἡλικίᾳ δοκεῖς P. pro συῶν οὐδαμῶς.

litteris huiusmodi: Legi quae scripsisti, praefecte cubiculi, et elucentem ex iis ostentationem atque arrogantiam tuam magnopere admiratus sum: valde enim aetatem tuam dedecoras. Nam, ut senex, de audacia pugnandi et spiritibus debebas remittere. Tu vero iuvenis timidior lepore, nunc aevi maturus velut aper furentes ac violentos habes impetus. Nisi hoc dicas, te iuvenem militem etiam iuvenili, ut conveniebat, fastu et confidentia fuisse. Macte virtute ob veritatem. Etenim cum tota vita mentiri consueveris et sis concretus ex mendacio, nunc, cum dixisti me nosse qui tu sis, veritatem tam clare elocutus es, ut nihil supra. Scio enim optime, ex quali te conditione extulerim, et quod maiora multo, quam decuit, in te merita contulerim. Cum vero imperator ob nequitiam tuam et mores vitiosos in carcerem te iratus conclusisset, ego te venia impetrata exemi et in pristina fortuna collocavi: nec semel postea, sed frequenter, cum ille debita sceleribus tuis supplicia irrogare vellet, ego illa, eius ira mitigata, a capite tuo averti teque compluribus nec vulgaribus ornamentis auxi. Et cum me toties offenderes, imperatore vivo atque mortuo, (quod nec te oblitum puto,) omnes offensiones flocci pendi, et sicut animali dossuario ad onera tantum portanda te usus, in reliquis, si quid perversitatis adhibe-

πίας ἐκπεσεῖσθαι, τοῦτο μόνον σαφῶς οὐκ ἤδειν. ὤμην γάρ A.C. 1344
 σε οὐδὲ σαρκῶν φείσεσθαι, καιροῦ καλοῦντος, ὑπὲρ ἐμοῦ,
 τὸ πλῆθος μεμνημένον καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν. σὺ
 δ' ἀντὶ τούτων ἐχρήσω τοῖς ἐναντιωτάτοις, καὶ μοχθηροῦς
 5 ἀνθρώπους καὶ τὰς γνώμας διεστραμμένους ἀπατηλοῖς καὶ
 περιέρχοις λόγοις ὑπελθῶν καὶ ταῖς τῶν μεγίστων ἐπαγγελ- V. 497
 λίας ἔξαπατήσας, τουτοῖσι τὸν πόλεμον οὐδὲν ἤττον κοινῇ
 κατὰ Ῥωμαίων, ἢ κατ' ἐμοῦ κεινίηκας· οὐς ἀξιότατα ἡμεί-
 ψω τῆς τε ἐκείνων ἀβελτηρίας καὶ τῆς σοῦ προσοῦσης πρὸς
 10 τοὺς φίλους ἀπιστίας ζόφον πάντων καταψηφισάμενος, ὡς D
 περ ἦσαν ἀξιοί. σὲ μὲν οὖν, ὡσπερ ἔφησ, πάντων μάλιστα
 ἐγὼ γινώσκω· σὺ δ' ἐμὲ πάνυ μοι δοκεῖς ἠγνοημένοι. εἰ
 γὰρ ὅστις ἤδεις ἐγὼ, οὐκ ἂν οὕτως ἠγνοημένοις· ἐπεὶ δὲ
 μετὰ τῶν ἄλλων καὶ οἴκαδε παραινεῖς ἐπανελθεῖν, δοκῶ
 15 μοι διὰ τὴν ἀρχαίαν φιλίαν σοὶ πεισθῆσεσθαι καὶ μὴ πρὶν
 παύσεσθαι πρὶν ἐντὸς γενέσθαι τῆς οἰκίας. Ῥωμαίων δὲ ὄντι
 βασιλεῖ κελεύσματι θεοῦ οὐδεμία μᾶλλον ἑτέρα, ἢ ἡ Ῥω-
 μαίων ἡγεμονία οἰκία προπεωδεστέρα, ἣν εἰσελθεῖν πᾶσαν
 ἐπιδείξομαι σπουδὴν, ἢ αὐτὸς τῶν φίλων ὧν παραινεῖς.
 20 πολλὰ δὲ μεταμεληθεῖς, ὅτι σε ὄντα γέροντα παρεσκευάσα P. 621
 τοσοῦτον πόνον ὑπομεῖναι καὶ πρὸς Ἡράκλειαν ἐλθεῖν, ἔ-
 γνων δεῖν σε τῶν πόνων ἀναπαύειν, καὶ εἰς τετάρτην ἡμέ-
 ραν αὐτὸς ἀφίξομαι πρὸς σέ, καὶ εἴ σοι βέλτιον δοκεῖ δια-

res, non curavi. Te autem adeo insigniter improbum futurum, hoc solum explorare non scivi. Existimabam enim, si occasio data foret, recordantem beneficiorum tam multorum magnorumque, ne corpori quidem tuo mea causa parsurum. At tu omnimodis contrariam institisti viam, et hominibus pravis ac perniciosis sermonibus fraudulentis et callide meditatis obrepando et pollicitationibus eos maximis circumducendo, hoc bellum non minus in commune Romanorum, quam in meum unius exitium induxisti: quos, ut eorum vecordia et tua in amicos infidelitate dignissimum fuit, tenebris nimirum, quas merebantur, damnatis omnibus remuneratus es. Te igitur novi, ut ais, et ita quidem novi, ut nemo melius. Tu contra parum me videris nosse. Si enim scires, qui ego sim, non adeo te mihi iniquum praeberes. Et quoniam inter alia etiam hortaris, ut domum revertar, propter veterem amicitiam tibi obtemperare certum est nec prius quiescere, quam intra domum sim. Qui autem divino iusso Romanorum est imperator, eum nulla domus magis, quam Romanorum imperium, decet: quam ut ingrediar, sicut amicus tu bene mones, toto pectore contendam: captusque multa poenitudine, quod te effractum senio tam laboriose feci Heracleam petere, levandum te laboribus censeo, et die abhinc quarto ipse ad te veniam. Tum, si tibi placuerit post longiusculam quietem me-

A. C. 1344 γωνίσασθαι πολλῆς ἀναπαύλης ἀπολαύσαντι, οὐδὲ ταύτην σοι τὴν χάριν ἀποκνήσω καταθεῖναι.” τοιαῦτα μὲν ἀντέγραφε καὶ βασιλεὺς· μετὰ δὲ τετάρτην ἔξ ἐκείνης ἦλθεν εἰς Ἡράκλειαν καὶ περιέμεινε πρὸ τῶν πυλῶν ἑστῶς ἐφ’ ἰκανόν· ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἀντεπεξῆει, τὸ λοιπὸν ὁδεύσας τῆς ἡμέρας, 5 ἠϋλίσατο τὴν νύκτα παρὰ ποταμὸν προσαγορευόμενον Ἀλμυρὸν, μεταξὺ Σηλυβρίας καὶ Ἡρακλείας. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἑστρατοπέδευσαν παρὰ τὸ Δαφνίδιον λεγόμενον, ἔνθα Β βασιλεὺς μὲν ἔμεινε παρὰ τὸ στρατόπεδον ἅμα ὀλίγοις τῶν Ῥωμαίων· ἡ λοιπὴ δὲ στρατιὰ μετὰ τῆς Περσικῆς τὰ περὶ τὸ Βυζάντιον κατέδραμον πάντα ἄχρι Προποντίδος καὶ ἐκάκωσαν ἐς τὰ μάλιστα. ἀπέκτεινάν τε γὰρ οἱ βάρβαροι πλείστους καὶ ἠνδραποδίσαντο, φεύγοντές τε πρὸς τὴν θάλασσαν καὶ πλείους ἐμπύπτοντες ἐν τοῖς λέμβοις, ἢ ὅσους φέρειν ἦσαν δυνατοὶ, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τοῦ θορύβου ἀτακτοῦν- 15 τες, ἀπεπνίγοντο ἀνατρεπόμενοι. καὶ παντοῖος ἦν ὁ ὄλεθρος κατὰ τὴν ἔφοδον ἐκείνην· βοσκημάτων τε γὰρ ἤλασαν πλῆθος οὐκ ὀλίγον καὶ ἀνθρώπους αἰχμαλώτους τὸ βαρβαρικόν, C καὶ τὰς πλείστας τῶν κωμῶν ἐνέπρησαν. αἰτία δὲ μάλιστα τῆς τοσαύτης φθορᾶς ἐγένετο ὁ μέγας δούξ. πολλὰ γὰρ με- 20 γαλανχῆσας καὶ φυσῆσας ὅτε ἐξήλανε Βυζαντίου, καὶ θαρσύνειν κελεύσας, ὡς οὐδεὶς ἀντιστήσεται τῶν πολεμίων, ἀλλὰ πάντας ἄρδην ἐπιφανεῖς διαφθερεῖ, ἐπεὶ ἐναντίως, ἢ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο, ἀπέβαινε, καὶ τειχῆρης κατὰ τὴν Ἡράκλειαν

7. Σηλυβρίας P.

cum configere, neque hanc tibi gratiam tardabo praestare. Haec rescripsit, et quarta luce Heracleae ante portas constitit ibique diu hostem exspectavit. Nemine ad pugnam prodeunte, reliquum diei in itinere ponens, nocte ad fluvium Halmyrum, Selybriam inter et Heracleam, consedit. Postridie in loco Daphnidium appellato tetendit, ubi ipse cum paucis Romanis se castris continuit: reliquus exercitus ex Persis auxiliariibus loca omnia Byzantio finitima usque ad Propontidem cum extremis cladibus incursavit. Occiderunt enim et captivos rapuerunt illi barbari mortales quam plurimos: pecoris quoque vim ingentem abegerunt: et vicos magno numero exusserunt. Qui ad mare fugiebant, cum in lembos insilerent plures, quam ferri poterant, ad haec etiam prae tumultu ac trepidatione ordinem nullum tenerent, illis eversis summergebantur: licebatque ea incursione adspicere variam saevissimae calamitatis imaginem. Huius tantae perditionis culpa penes magnum ducem fuit. Cum enim Byzantio egrediens superbia tumidus Thrasonica verba iactaret iuberetque confidere, nullum hostium se oppositum, sed suo tantum conspectu omnes se ad unum perditurum,

ἐγένετο, καίτοι δυνάμενος τὴν προσήκουσαν περὶ τὴν χώ- A. C. 1344
 ραν πρόνοιαν ποιῆσθαι τὴν ἔφοδον ἀπαγγέλλων, ὃ δ' οὐδὲν
 ἐποίει τῶν δεόντων, ὥσπερ δεδοικῶς μὴ τῶν πολεμίων ἤ-
 των γεγονῆναι ὑποπτεύοιτο· καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἄνοιαν D
 5 πολλοῖς αἴτιος ἐγένετο μεγάλων συμφορῶν. ἐκεῖνος δὲ τὴν
 μὲν εἰς Βυζάντιον αὐτοῦ ἐπάνοδον νομίζων ἀναγκαίαν εἶναι,
 ὑποπεύων δὲ τὴν ἡπειρον, ὡς μεστήν κινδύνων διὰ τὸ ἐπι-
 κρατεῖν τοὺς πολεμίους, διὰ τῆς θαλάσσης ἀνέστρεφε τριή-
 ρει, τὴν στρατιάν ἐκεῖ καταλιπών. καὶ αἰσχίστη ἔδοξεν ἡ
 10 ἰούναχώρησις καὶ ἀποδέουσα πολλῇ τῶν ἀπειλιῶν. βασιλεὺς
 δὲ ὀκτῶ ἡμέρας περὶ τὸ Βυζάντιον διατρίψας καὶ κακῶσας
 ἐς τὰ μάλιστα, ἀνέστρεφεν εἰς Θράκην, καὶ πᾶσαι πόλεις
 αὐτίκα προσεχώρουν, τὴν ἐκ Βυζαντίου βοήθειαν ἀπογινώ- V. 498
 σκουσαι, πλὴν Αἴνου καὶ Ἑξαμιλίου καὶ Καλλίου πόλεως.
 15 τούτους ἐν ἀπάσαις δὲ ἄρχοντας συναγαγών, οἱ παρὰ βασιλίδος P. 622
 ἦσαν ἐπιτετραμμένοι τὰς ἀρχάς, καὶ πολλὴν περὶ αὐτούς
 ἐπιείκειαν καὶ ἡμερότητα ἐπιδειξάμενος, κελεύσας τε μηδεὶς
 ἀποστερηθῆναι τῶν ἐνότων, ἐνίοις δὲ καὶ ἀναλώματα καὶ
 20 ἵππους παρασχόμενος ὅσοι μὴ εὐπόρουν, εἰς Βυζάντιον ἀπέ-
 πομπε, περὶ τῆς εἰρήνης αὐθις οὐ βασιλίδος μόνον, ἀλλὰ
 καὶ πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων δεόμενος ἄρχόντων, τὰναντι-
 ῶτατα τοῖς ἐκεῖσε ἄρχουσι διὰ σπουδῆς πολλῆς τιθέμενος ποι-
 εῖν. ἐκείνων γὰρ οὐ μόνον τοὺς φανερῶς τάκεινου ἤρημέ-
 νους, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἦθος ὑποφαίνοι πρὸς τὰ πραττόμενα

21. τῶν om. P.

postquam secus evenit, quam promiserat, et Heracleae muris se
 texit, (quamvis posset convenienter regioni providere et hostilem
 adventum denuntiare,) nihilque ex officio suo fecit, (utpote timens,
 ne hostibus inferior videretur,) et per eam amentiam plurimos
 reddidit miserrimos. Cum iudicaret autem, reversionem suam By-
 zantium esse necessariam, et continentem ut infestissimam propter
 hostes metueret, copiis ibi relictis, per mare triremi rediit: visaque
 reditio turpissima et minarum illarum terroribus longe dissimilis.
 Imperator octo diebus prope Byzantium consumptis et detrimentis
 immanibus illatis, in Thraciam regressus, continuo omnes urbes,
 auxiliis e Byzantio desperatis, praeter Aenum et Hexamilium et
 Calliopolim se subiicientes accepit. Convocatis porro omnibus prae-
 fectis ab Augusta institutis, multaque lenitate ac mansuetudine
 exceptis, mandatoque ne quam rerum suarum iacturam paterentur,
 quibusdam item tenuioribus viatico et equis suppeditatatis, Byzantium
 eos dimisit, etiam tum pacem rogans non imperatricem solum, sed
 et patriarcham et archontas alios, ex diametro diversa ab illis facere
 maximopere euitens. Nam cum illi non modo eos, qui aperte Can-
 tacuzeno faverent, sed si quis vel affectum tantummodo ob illa,

- ▲C. 1344 ἀγανακτοῦντος, πικρῶς καὶ ἀπανθρώπως κολαζόντων, οὗτος τοῖς συλλαμβανομένοις ἐκ τῶν προσκειμένων βασιλίδι παρείχετο καὶ δῶρα, καὶ πρὸς ὕβρεις αἰσχρὰς καὶ ἀνελευθέρους Βοῦ μόνον ἐκείνων τετραμμένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἀπαντας ἐκκαλουμένων, οὗτος πᾶσαν ἀσθηρίαν ἐπεδείκνυτο, εἴ τις πατριάρχη ἢ μεγάλην δουκὶ ἢ ἐτέρῳ τῶν ἀρχόντων ὕβριν ἐπενέγκοι. βασιλίδα γὰρ αἰεὶ καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν διὰ πάσης ἤγον εὐφημίας, αὐτοῦ κελεύοντος, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ πρὸς ἐκείνους ἐπολέμων, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνους ἦσαν τεταγμένοι.
- C οή. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰς κατὰ τὴν κάτω Θυράκην πό-10 λεις πλὴν ὀλίγων ὑπεποιήσατο ἀπάσας, ἐπὶ τὴν Ἀδριανοῦ ἐχώρει, καὶ Βιζύην καὶ τὰς μέχρι Πόντου καὶ ἐκάκου κατατρέχων καὶ ληϊζόμενος μὴ προσχωρούσας. προσπέμπων D δὲ καὶ κρύφα διελέγετο τοῖς οὖσι φίλοις, ἐν τῇ Ἀδριανοῦ δὲ πρότερόν τε ἦσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ τότε ἐπεγένοντο ὁρῶντες¹⁵ ἤδη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν πρὸς ἐκείνον ἀποκλίνας, οἳ καὶ πέμπσαντες ἐκάλουν, ὡς δυνάμενοι, εἰ μόνον ὀφθείη, μιᾶς τῶν πυλῶν κρατήσαντες εἰσάγειν εἰς τὴν πόλιν. βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς τῆς προθυμίας ἐπαινέσας καὶ τῆς εὐνοίας τῆς περὶ αὐτὸν, ἐκέλευε μὴ πρότερον ἐπιχειρεῖν, πρὶν ἐκείνον²⁰ ἴδωσι τοῖς τείχεσιν ἐφεστηκότα. ἐδεδίει γὰρ, μὴ κατάφωροι γεγενημένοι, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν προῦξιν ἀπολέσωσιν.

10. κάτω om. M.

quae fiebant, dolentis subostendisset, indignantes atrociter illum et inhumaniter punirent: hic captis qui ab imperatrice starent etiam dona largiebatur. Cumque illi ad foeda et illiberalia convitia et ipsi converterentur, et alios omnes incitarent: hunc, si quis aut in patriarcham aut in magnum ducem aut alium de archontibus contumeliosius quippiam dixisset, severissimum experiebatur. Imperatricem quoque et eius filium imperatorem, ipso iubente, semper honorificentissime appellabant, veluti si non contra illos, sed pro illis in eorum exercitu militarent.

78. Imperator, Thraciae urbibus praeter paucas sub ditionem redactis, versus Adrianopolim et Bizyam quaeque ad Pontum pertinent profectus, quotquot se dedere nollent praedabundus incurabat. Praemissis vero occulte internuntiis, cum amicis negotium suum agebat, quorum et antea Adrianopoli non pauci erant, et tum, quod imperium Romanum ad illum inclinare animadvertabant, plures exstiterunt. Quinimmo accersebant eum, ut qui possent, si modo apparet, una portarum occupata et aperta, illum in civitatem introducere. Imperator, praedicata eorum propensa voluntate actisque gratis, hortatur, ne quid prius inceperit, quam ipsum ad moenia conspiciant. Formidabat namque, ne deprehensi seque negotiumque perderent: et simul de die convenit, quo et ipse ades-

ἄμα δὲ καὶ ἡμέραν συνετίθετο, ἐν ἧ αὐτόν τε παρῆναι ἔδει, καὶ A. G. 1344
 τοὺς πράττοντας τὴν ἄλωσιν πρὸς τὸ ἔργον εἶναι παρεσκευα- P. 623
 σμένους. ἐκεῖνοι δὲ πρὶν βασιλέα ἦκειν, κατὰ συστήματα πε-
 ριόντες, ἐπεὶ τισιν αὐτῶν συνέβη Βράνω περιτυχεῖν, ὃς τὴν
 5φυλακὴν τῆς πόλεως εὐθύς ἐξαρχῆς διὰ τῶν ἀρίστων τὴν φθο-
 ρὰν παρὰ βασιλίδος ἐπιστεύθη. ἐκεῖνος γὰρ τῆς στάσεως ἤρξα-
 τὸν δῆμον τοῖς ἀρίστοις ἐπαγαγών. τοῦτον οὖν ἰδόντες παρι-
 όντα καὶ κατασχεῖν μὴ δυνηθέντες τὴν ὄρμην, (ἄκρατον γὰρ
 ἐκείνῳ τὴν ὄργην ἐφύλαττον διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς γεγενημένην
 10ὕβριν καὶ φθορὰν,) ἀμελήσαντες τῶν βασιλέως παραινήσεων
 ἐπέθεντο, ἥδη δὲ τῆς προδοσίας φανερᾶς γεγενημένης, καὶ οἱ
 λοιποὶ προσεβόηθον δείσαντες τὸν κίνδυνον. πολλοὶ δὲ ὄντες B
 ἄμα καὶ τοῦ δήμου ἐνδιδόντος, (ἐπιέζοντο γὰρ ὑπὸ τοῦ πολέμου V. 499
 κραταιῶς,) περιεγέροντο τῶν πολεμίων, καὶ τοὺς μὲν συνε-
 15λάμβανον αὐτῶν, οἱ δὲ ἦσαν ἀφανεῖς ἄσμενοι τὸν κίνδυνον
 διαφυγόντες. Ἀπόκανκος δὲ Μανουὴλ ὁ τοῦ μεγάλου δου-
 κὸς υἱός, τῆς πόλεως ἔχων τὴν ἀρχὴν, ὡς ἑώρα τοὺς τὰ βα-
 σιλέως πράττοντας περιγενομένους ἐκλιπὼν τὴν πόλιν, ἤλθεν
 εἰς Βονκέλου φρούριόν τι οὐ μακρὰν ἐκείνης ὠκισμένον. ὃ
 20Βράνος δὲ συλληφθεὶς τὰ τε κλεῖθρα παρῆγετο τῆς πόλεως,
 καὶ ἐδεῖτο μὴ ἀποθανεῖν. οἱ δὲ, ὡς ἦδη καθαρῶς τῆς πό-
 λεως ἦσαν ἐγκρατεῖς, ἐτράποντο ἐφ' ἀρπαγὴν, καὶ τὴν τε C
 Βράνου καὶ τὰς ἄλλων διήρπαζον οἰκίας. ἔπειτα καὶ πρὸς
 πότους καὶ φιλοτησίας διὰ τὴν νίκην ἑαυτοῦς ἐξέδωκαν. οἱ

set, et qui de urbe capienda secum agebant, ad opus aggrediendum
 parati essent. Verumenimvero, antequam imperator adveniret, illi
 turmatim obambulantibus, postquam eorum quidam in Branum forte
 inciderunt, cui urbis custodia statim ab initio propter optimates
 trucidatos ab imperatrice credita fuerat, is enim seditionis princeps
 plebem in eos concitaverat. Cum igitur accedentem adspicerent, et
 impetum cohibere non possent, (etenim ob iniurias et caedes facti-
 titatas cane et angue peius illum oderant,) neglecta hortatione
 imperatoris in hominem invadunt. Proditione iam manifesta, reli-
 qui item timore periculi iungunt operas. Cum frequentes essent,
 et plebs conniveret, quod bello premebatur, hostibus praevalentes,
 alios comprehendunt, alii fuga clandestina libentes se periculo sub-
 duxerant. Manuel Apocauchus, magni ducis filius, urbis praefectus,
 ut imperatoris fautores victoriam consecutos vidit, urbe relicta, in
 castellum non procul situm, nomine Bucellum, confugit. Branus
 captivus claves urbis porrigere, ac supplicare, ne occideretur. Illi
 civitatis iam sine controversia compotes ad direptionem converti, et
 cum Brani, tum aliorum domos expilare. Deinde ob adeptam vi-
 ctoriam comptare et poculis inter se invitare. Victi ebrios et

A.C. 1344 γενικημένοι δὲ μεθύοντας καὶ παραφερομένους αὐτοὺς ὀρώντες, ἀναθαρσήσαντες καὶ ἐπιθέμενοι ἀόπλοις καὶ μεθύουσιν, ἐκράτησάν τε ῥᾶστα καὶ ἀπέκτειναν αὐτῶν πολλοὺς· ἐπίουσι δὲ ἐξήλασαν τῆς πόλεως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἤγαγον εἰς δεσμωτήρια ὑπὸ κλοιοῖς· καὶ ἡ πόλις αὐθις ὑπὸ Βράνη ἦν καὶ ὅ τοις πρῶτονσι τὰ βασιλίδος. καὶ Ἀπόκανκον τὸν σφῶν ἄρχοντα πέμψαντες ἤγαγον ἐκ Βουκέλου. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τὰ γεγενημένα, οὐ μετρίως ἤχθετο, οὐ μόνον τῆς πόλεως ἀποτυχῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν φίλων ἀπολλυμένων ἐκ τῆς ἀβουλίας. Ἀπόκανκος δὲ Μανουὴλ ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς 10 υἱὸς πρὸς βασιλέα κρύφα πέμψας, πρῶτον μὲν ἔφρασκε καὶ αὐτὸν ἀκούοντα παρὰ τε τῶν ἄλλων καὶ τοῦ πατρὸς, αὐτοῦ πολλά καὶ δεινὰ κατηγορούντων, πείθεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ νομιζεῖν ἐκείνους ἀληθεύειν· χρόνη δὲ πρότερον πολλῇ ἀκριβοῦς τῶν γινομένων τὰς αἰτίας ἐξετάζοντα, τοῦ 15 τον μὲν ἀδίκως πολεμούμενον εὐρίσκειν, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα ἀδικοῦντας οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ σύμπαντας Ῥωμαίους οὕτως ἔξανδραποδιζομένους καὶ ἀπολλυμένους ἄρδην διὰ τὴν ἐκείνων φιλαρχίαν καὶ ἀγνωμοσύνην. ὅθεν καὶ ἀγανακτεῖν οὐκ ἀνεκτῶς πρὸς τῶν πραττομένων τὴν ἀτοπίαν. 20

P. 624 ἐλπίζοντα δὲ τινα ταχέως λύσιν τῶν κακῶν γενήσεσθαι, φέρειν τὴν μετ' ἐκείνων διατριβήν. νυνὶ δὲ ἐκείνων μὲν ὀρώντα τὴν ἀπόνοιαν, καὶ ὡς οὐδὲ τῶν κακῶν ἤδη περιστάτων τὰ δέοντα περὶ τε σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἔγνωσαν βουλευ-

21. ἐλπίζων P.

gressu vacillantes cum intuerentur, redeunte virtute in praecordia, armis eos adorti facillime vincunt: multos orco demittunt: quosdam urbe pellunt: reliquos in carcerem collariis iniectis contrudunt: rursumque Brano et Augustae studiosis urbem obtinentibus. Apocauchus praefectus Bucello reducitur. Haec ut accepit imperator, non solum propter frustrationem civitatis, sed etiam propter amicos ipsorummet stultitia perditos summopere doluit. Ad quem Manuel Apocauchus misit, qui ei suis verbis diceret, se quoque tum patrem ipsum, tum alios multum et graviter illum accusantes audientem credidisse ac vera illos loqui putavisse. Ceterum iampridem causis rerum accurate discussis, invenisse ipsum nulla sua culpa bello laccessi, illos autem longe iniquissimos ob amorem dominandi et improbitatem suam non ipsum modo, sed Romanos omnes in servitutum et extremum exitium conari praecipitare. Ex quo tam nefario eorum conatu sibi stomachum moveri vehementissime. Quia vero confidisset, cito malis finem futurum, in eorum sodalities perseverasse. Nunc quia eorum vecordiam perspiciat, qui neque malis iam supra caput adstantibus sibi aliisque consulendum statuerint,

εσθαι, ἀλλ' ἀπωθοῦνται τὴν εἰρήνην, μάλιστα ὑπ' αὐτοῦ πα- A. C. 1344
 ρακαλούμενοι τοῦ τοσαῦτα καὶ πρότερον καὶ μέχρι νῦν ἀδι-
 κουμένου, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν τοσοῦτων καὶ τηλικούτων δει-
 τῶν γεγεινημένων παρεχομένου ἀμνηστίαν, τὴν τε ἐκείνων
 5 βδελυξάμενον ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν αὐτοῦ θανμάσαντα με-
 γαλοφυχίαν καὶ καρτερίαν καὶ τὸ οὕτω τῆς κοινῆς ὠφελείας B
 ἔνεκα τὰ καθ' ἑαυτὸν προῖσθαι ἐτοίμως, μὴ ἐκείνοις ἐπι-
 πλέον δύνασθαι συνεῖναι, ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ ἡρῆσθαι μᾶλλον,
 καὶ ἔξ αὐτῆς τὰ αὐτοῦ πράττειν, καὶ προκινδυνεύειν αὐτοῦ
 10 μάλιστα βούλεσθαι καὶ τοῦ δικαίου. τοιαῦτα μὲν Ἀπόκαν-
 κος ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς πρὸς βασιλέα κρύφα διελέ-
 γετο. βασιλεὺς δὲ ὁμοίως ἐπῆναι τε τῆς αἰρέσεως τοῦ ἀγα-
 θοῦ, καὶ χάριτας τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ὁμολόγει, καὶ ἄ-
 φορμὰς παρείχετο τοῦ πράττειν ὅτι δύναιτο ὑπὲρ αὐτοῦ
 15 προθύμως. μετ' οὗ πολλὰς δὲ ἡμέρας ἀποστάντα πρὸς αὐ-
 τὸν, ἐπεὶ μὴ καὶ τὴν πόλιν ἠδύνατο προσάγειν, τοὺς συναι-
 ρομένους οὐκ ἔχων πρὸς τὸ ἔργον, (πρότερον γὰρ ὀλίγω ἅπαν-
 τες οἱ βασιλέως φίλοι ὑπ' ἀνοίας διεφθάρησαν,) ἄσμένως τε C
 ἐδέξατο ὁ βασιλεὺς, καὶ τιμῆς ἡξίωσε καὶ εὐμενείας πλείστης.
 20 μετὰ τοῦτο δὲ ἐπεὶ ἡ Ἀδριανοῦ ἀνεπιχείρητος ἐδόκει, Βιζύη
 ἐπεστράτευσεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐπόρθει τὴν χώραν· πρεσβεί-
 αν δὲ ἔπεμπε πρὸς τὴν πόλιν, παραινῶν αὐτῷ παραδιδόναι
 καὶ μὴ κενῆς ἐλπίδος ἔνεκα τοσαύτην ζημίαν ὑπομένειν, δια- V. 500
 φθειρομένων τῶν ἀγρῶν· μετὰ γὰρ τῶν κακῶν τὴν ἐπιφο-
 25 ρὰν παραδώσουσιν ἀνάγκη πιεσθέντες. Βιζύιοι δὲ οὔτε

sed pacem repudient, ab eo potissimum invitati, qui tam multas et
 graves iniurias hucusque sibi impositas perpetua oblivione deletu-
 rum promittat, et eorum scelus exsecratum et eius excelsum ani-
 mum ac tolerantiam admiratum, et quod boni communis gratia res
 suas adeo non invito proiciat, non posse de cetero imperatrici
 favere, sed eius pates amplexum potius ab hac ipsa hora illi
 opera inserviturum proque illo et iustitia nullum discrimen recusa-
 turum. Haec ille clanculum. Cui imperator et de mutato consilio
 laudem impertivit, et de animo erga se tam egregio gratias egit,
 et quod posset pro se impigre faciendi occasionem praestitit. Die-
 bus aliquot intermissis, cum ad eum transiret, simul autem urbem
 tradere nequiret, quod administris huius operis careret, (nuper si-
 quidem omnes imperatoris amici per insipientiam interierant,) li-
 benter illum accepit summoque honore et gratia dignatus est. De-
 inde quoniam Adrianopolis invadenda non videbatur, Bizyam movit
 agrumque vastavit. Legatione porro ad cives missa, hortatus est
 eos, uti sese dederent, neve propter inanem spem tanta agris detri-
 menta inferri sustinerent: eo enim compulsus iri, ut etiam post

A. C. 1344 ἐπηγγέλλοντο σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι, οὔτε πρὸς τὴν εἰσθυϊαν ἀναισχυντίαν ἐτράποντο καὶ τὰς ὕβρεις, D ἀλλ' εὐφήμως καὶ σωφρόνως ἀπέλιπαντο τὴν πρεσβείαν. νομί-
σας δὲ ὁ βασιλεὺς ἀρχὴν προσχωρήσεως εἶναι τὴν εὐγνωμο-
σύνην, (συνεώρα γὰρ ὑπενδιδόντας πρὸς τὰς συνεχεῖς ἐφό-5
δους καὶ τὴν κάκωσιν,) ἔγνω δεῖν τὴν στρατιὰν ἀπάγειν τὴν
ταχίστην, ἵνα μήτε ἡ χώρα διαφθειροίτο μέλλουσα γίνεσθαι
μετ' ὀλίγον ὑπ' αὐτὸν, αὐτοὶ τε τυχόντες ἀδείας τὰ δέοντα
βουλευσάιντο περὶ σφῶν, καὶ ἀνέστρεφεν εἰς Ἄπρων.

P. 625 οθ'. Ἐνθα διατρίβοντι Ἀμζᾶς τις ὄνομα προσελθὼν, 10
B ἐμήνυεν, ὡς ἅμα τινὶ ἑτέρῳ Σκαράνῳ προσαγορευομένῳ ὀλίγῳ
πρότερον ἐκ Βυζαντίου προσέλθοιεν φυγάδες. αὐτὸν μὲν
οὖν ἀδόλως προσελθεῖν καὶ ἀπανούργως, Σκαράνον δὲ οὐχ
ὁμοίως, ἀλλὰ πολλαῖς ὑποσχέσεσι καὶ δωρεαῖς παρὰ μεγάλου
δουκῆος πεισθέντα, εἰ αὐτὸν ἀνέλοι. νομίσαντα δὲ Σκα-15
ράνον ξυλλήψεσθαι αὐτῷ διὰ τοῦ γένους τὴν πρὸς τὰς σφα-
γὰς καὶ τοὺς φόβους ἐτοιμότητα, (ἐκ Περσῶν γὰρ Ἀμζᾶς τὸ
γένος ἦν,) ἐκκαλύπτει τὸ ἀπόρρητον. τὸν δὲ ἡγησάμενον
δεινὸν τὴν κατὰ βασιλέως συγκρούπτειν ἐπιβουλήν, τὸν τε
ἄνθρωπον μηνύειν καὶ τὴν γνώμην. Σκαράνος μὲν οὖν αὐτί-20
κα συνελαμβάνετο, κελεύσαντος βασιλέως. ἀγόμενον δὲ οἱ
περὶ βασιλέα ὄρμητο ἀνελεῖν, βασιλεὺς δὲ ἠπέλιπεν, ἀπι-

9. Ἄπρον M.

vastationem se dederent. Bizyenses neque se urbem dedituros spondere, neque ad solennem impudentiam et contumelias confutgere, sed legationem honeste modesteque reiicere. Ratus autem imperator, agnitionem beneficii principium deditiois fore, (observabat enim propter assiduitatem incursionum vexationumque paulatim eos de pertinacia remittere ac cedere,) exercitum quam celerime removendum censuit, ut neque regio vastaretur paulo post in suam ditionem ventura, et ipsi securitatem adepti salubria sibi meditarentur, et Apros revertit.

79. Apris degentem Amzas quidam adiens, se cum quodam Scarano appellato paulo ante Byzantio profugisse nuntiat. Ac se quidem citra dolum et calliditatem advenire, Scaranum non item, sed multis pollicitationibus ac muneribus a magno duce illectum, si ipsum imperatorem occidisset. Eundem Scaranum sperantem ipsum sibi ad caedem intrepide obeundam propter generis communionem (erat enim Amzas quoque Persa) adiutorem fore, arcanum aperuisse. Se, quod insidias contra imperatorem intentatas habere tacitas periculosum iudicaret, hominem et machinationem eius indicare voluisse. Scaranus imperatoris iussu extemplo comprehenditur: qui cum duceretur, qui adstabant, ad eum trucidandum prosiliunt. Tum imperator interfectorem hostis sui loco habiturum mi-

στίας εἰς αὐτὸν τὸν φονεύσοντα κρινεῖν· ἀπόδειξις γὰρ ἂν A.C. 1344
 εἷη τοῦ ἑαυτῷ τὴν πρᾶξιν συνειδέναι τὸ τοῦτον ἀνελεῖν, ἵνα C
 διαφύγη τοὺς ἐλέγχους. οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀνεχώρουν δει-
 σαντες τὴν ἀπειλὴν, Σκαράνος δὲ ὅμως ἐρῴετο τοῦ θανάτου.
 5 παραστυγόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἠρώτα εἰ εἷη ἀληθῆ, ὅσα
 Ἀμιζᾶς αὐτοῦ κατηγοροῖη. ὁ δὲ συνωμολόγει, πολλαῖς ὑπο-
 σχέςεσι καὶ δωρεαῖς ὑπὸ μεγάλου δουκὸς παραπεπεισθαι
 πρὸς τὸ ἀνελεῖν αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦκειν· ἦν γὰρ γεν-
 ναῖός τε τὴν ψυχὴν καὶ πολεμικὸς καὶ τὴν ῥώμην τοὺς ἄλ-
 10 λολοὺς ὑπερέχων. τὸν μὲν οὖν ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς φυλάττε-
 σθαι, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν πλείω ποιησόμενος ἐξέτασιν περὶ
 αὐτοῦ· νυκτὸς δὲ ἐκέλευε τῶν οἰκετῶν τοῖς πιστοτάτοις τοῦ D
 στρατοπέδου ἐξαγαγόντας ἀπολύειν· Ἀμιζᾶν δὲ φιλοτίμως
 ἡμείψατο ἰὸ βασιλεὺς τῆς μηνύσεως τῆς ἐπιβουλῆς. παρα-
 15 σκευαζομένῳ δὲ αὐθις Βιζύῃ ἐπιστρατεύειν ἐδόκει δεῖν
 πρότερον πρεσβεῖαν ποιῆσθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ παρῆνει
 ἔκουσίως προσχωρεῖν καὶ μὴ τὴν ἀνάγκην περιμένειν· τότε
 γὰρ οὐκ αὐτοῖς, τῇ ἀνάγκῃ δὲ τὴν χάριν εἰδήσειν τῆς αὐ-
 τῶν καταδουλώσεως. καὶ πρότερον γὰρ ἐπιστρατεύσας, ὅτι
 20 σωφρόνως ἀπεκρίναντο, ταχέως ἀπεχώρησε, καιρὸν αὐτοῖς
 παρέχων τοῖς τὰ δέοντα συμβουλευσασθαι ὑπὲρ αὐτῶν· καὶ
 νῦν εἰ προσχωροῦεν ἔκουσίως, οὐδεμίαν ὑποστήσεται κάκωσιν
 ἢ χῶρα. εἰ δ' ἄγνωμονοῖεν ἔτι, τὴν ἐπαγωγὴν αὐτῷ μὴ P. 626
 προσλογίζεσθαι τῶν κακῶν. Βιζύτιοι δὲ ἐπεὶ ἐδέξαντο τὴν V. 501

natur, id enim argumento fore communicati cum eo consilii, et
 propterea miserum occidere, ne ab eo prodatur. Illi timore mina-
 rum hominem missum faciunt: ita Scaranus mortem effugit. Pro-
 ductum porro in medium imperator interrogavit, verane essent,
 quae Amzas detulisset. Reus promissis ac donis plurimis se ad
 ipsum occidendum a magno duce male impulsam confitetur, et hu-
 ius ergo adventasse. Erat enim animo nobili ac militari et viribus
 robustissimis. Mandat eum custodiri imperator, ut diligentius po-
 stridie inquisiturus. Noctu interim ministris fidelissimis dat nego-
 tium, ut illum e castris eductum dimittant: Amzam ob insidias
 patefactas honorifice donat. Rursus Bizyam expeditione parata,
 visum incolas ante per legatos appellare: per quos hortatur, uti
 sponte se dedant, necessitatem ne operiantur: tum enim non ipsis,
 sed necessitati subactionis gratiam habiturum. Nam et prius cum sibi
 oppugnaturis bonis verbis respondissent, mox recessisse tempusque
 ad salutare consilium capiendum indulgisse: et nunc si se volentes
 dedant, agrum eorum nihil incommodi passurum. Si adhuc insipienter
 detrectaverint, ne suam postmodum, quam sensuri sint, calami-
 tatem sibi adscribant. Bizyenses, auditis oratoribus, in coctum

A.C. 1344 πρεσβείαν, ἐκκλησίαν συναθροίσαντες ἐβουλεύοντο ὅτι δέοι πράττειν. καὶ ἐδόκει πᾶσι ψήφῳ κοινῇ προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ, ἀδίκως τε πολεμουμένῳ καὶ ἀπελαννομένῳ τῶν Ῥωμαίων τῆς ἀρχῆς καὶ δυναμένῳ βλάπτειν· καὶ Παλαιολόγον Γεώργιον τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐκέλευον, εἰ μὴ βούλοιο συνῆναι αὐτοῖς προσιέναι βασιλεῖ, πᾶσαν ἔχοντα τὴν ἀποσκευὴν εἰς Βυζάντιον ἀποχωρεῖν. καὶ ἐκεῖνος αὐτοῖς πολλὴν ὁμολογήσας Β τῆς εὐγνωμοσύνης χάριν, ἀπεχώρει μὴ βουλούμενος προσιέναι βασιλεῖ, συνείπετο δὲ καὶ ὁ μητροπολίτης δείσας πατριάρχην. Βιζύιοι δὲ δύο τε τῶν ἀρίστων ἀπολεξάμενοι καὶ τοῦ δή-10 μου καὶ τῆς ἐκκλησίας τοσοῦτους ἑτέρους, πρὸς βασιλέα πρέσβεις ἐπεμπον καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν· ἔφασαν δὲ καὶ αὐτοὶ πρότερον μὲν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐξηπατημένοι, ἀγνωμοσύνην τε αὐτοῦ κατηγορεῖν καὶ ἐπιβουλήν καὶ προ-δοσίαν ἐγκαλεῖν τῶν βασιλέως παίδων. ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου 15 τριβομένου, ἐκεῖνοι συκοφαντοῦντες ἀπεδείκνυντο καὶ τὰ μέγιστα ἡδικηκότες, αὐτὸς δὲ ἀδικούμενος καὶ ἐπιβουλευόμενος καὶ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀκούων, ἔπειτα καὶ τὴν κοινὴν ὀρῶντες πανωλεθρίαν, ἣ ὀλίγον δεῖν Ῥωμαίους ἅπαντας διέφθειρεν, ἀκούοντές τε καὶ αὐτὸν αἰεὶ δεόμενον περὶ εἰρήνης, ἐκείνους 20 δὲ αἰρουμένους τὸν τοσοῦτων αἴτιον πόλεμον κακῶν, δεινὰ μὲν ἠγεῖσθαι τὰ πραττόμενα καὶ προθυμεῖσθαι, εἴ τις δύναμις ἔνῃν, λύσιν τινὰ ἐξευρίσκειν τῶν κακῶν. ἐπεὶ δ' αὐτοῖς τοῦτο οὐκ ἔν ἐφικτῷ, τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας τῆς συμφο-

coent, quid agant, deliberant. Una est omnium et concors sententia ad imperatorem transeundum: qui praeter ius et fas armis appetitus et Romano imperio pulsus esset, quique adversariis suis nocere posset: Georgium Palaeologum praefectum, nisi sequatur, cum tota re familiari Byzantium remigrare iubent. Is imperatori se submittere nolens, humanitatem istam multa gratiarum actione prosecutus discedit, cui se metropolita patriarcham timens adiungit. Bizyenses duos de optimatibus, totidem de populo et ecclesiasticis, omnes numero sex deligunt, quos ad imperatorem mittunt, et urbem tradunt: fatenturque et ipsi, se prius a praefectis illum pro improbo et insidiatore et imperatoris filiorum proditore accusantibus delusos esse. At postquam tempore procedente illos calumniatores fuisse iniquissimos, ipsumque iniuriose et insidiosae tractatum et maledictis confixum apparuisset, cumque vidissent communem pestem, qua Romani paene omnes interierint, et audissent ipsum pacem sine intermissione flagitare, illos contra bellum tot malorum causam paci praeferre, graviter tulisse paratosque ad remedium tantis aerumnis afferendum fuisse, si modo ullum invenire potuissent. Sed quoniam non ea esset ipsorum facultas, ali-

ρᾶς οἰκτεῖρειν, αὐτοὺς δὲ τὰ λυσιτελῆ βουλευομένους ἕαν· A.C. 1344
 τοῖς, ψήφισμα ποιήσασθαι προσχωρεῖν ἐκόντας καὶ τὴν
 πόλιν παραδιδόναι καὶ μὴ τῆς ἐτέρων ἀνοίας ἀποτίνειν αὐ-
 τοὺς δίκας. τοιαῦτα μὲν οἱ Βιζύιοι ἐπρέσβευον. βασιλεὺς
 5 δὲ τῆς εὐβουλίας ἐπαιέσας, τοῖς τε πρέσβεσι δῶρα παρα-
 σχῶν, ἤλθε πρὸς τὴν πόλιν, ἐπομένους ἔχων καὶ τοὺς πρέ-
 σβεις, καὶ ὁ δῆμος ἅπας μετὰ τῶν ἀρίστων ἐξῆλθεν ὑπαν- D
 τήσων. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐγγὺς πυλῶν, πρῶτα μὲν ἐκέλευεν
 Ἄνναν τὴν βασιλίδα εὐφημεῖν, καὶ μετ' ἐκείνην βασιλέα τὸν
 10 Ἴουῖον, τρίτους δὲ μετ' ἐκείνους αὐτὸν τε καὶ Εἰρήνην βα-
 σιλίδα τὴν γυναῖκα, καὶ ἐτελεῖτο ἡ εὐφημία κατὰ τὰ κεκε-
 λευσμένα. τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐποί-
 ει· καὶ κατὰ τὰς ἱερὰς μυσταγωγίας ὁμοίως τὴν τῶν βασι-
 λέων μνήμην ἐκέλευε ποιεῖσθαι. εὐθὺς μὲν οὖν προσεχώρου·
 15 καὶ τὰ περὶ Βιζύην πολίχνια ὄντα οὐκ ὀλίγα, καὶ πᾶσιν ὁ
 βασιλεὺς ἐπίστη ἡγεμόνας καὶ διώκει, ἧ αὐτῷ ἐδόκει ἄριστα.
 Βιζύης δὲ ἄρχοντα κατέστησε τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνην
 τὸν Μανουήλ. ἦν γὰρ τινα καὶ οἰκειότητα πρὸς τὴν πόλιν
 ἀρχαίαν ἔχων. πρωτοστράτωρ γὰρ ὁ τούτου πενθερὸς ἐκεῖ P. 627
 20 τὴν οἰκίαν ἔχων ἐξαρχῆς κτήσεις τε πλείστας καὶ μεγάλας
 εἶχεν ἐν αὐτῇ, καὶ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν οἰκείων ἐκεῖ πολ-
 λοὶ κατέχουν, ὑφ' ὧν ἔγχετο σχεδὸν ἡ πόλις. διὰ ταύτην δὲ
 τὴν οἰκειότητα πρὸς πρωτοστράτορα τὸν γαμβρὸν αὐτοῖς
 ἐπέστησεν ἄρχειν Ἀσάνην τὸν Μανουήλ. πρωτοστράτωρ γὰρ

16. ἡγεμόνα P. 20. οἰκείαν P. 23. πρὸς πρωτοστρ. om. M.

orum omnium ita afflictorum misericordia commoveri, et ut si-
 bimet prospicerent, decrevisse in eius se potestatem ultro cum
 urbe tradere, ne alienae amentiae poenas luant. Haec Bizyenses.
 Imperator, probato tam laudabili consilio, legatos muneratur, et iis
 prosequentibus ad urbem fertur: cui plebs universa cum optima-
 tibus se obviam effundit. Ubi ad portas fuit, primum quidem
 Annae imperatrici, deinde filio eius imperatori, postremo sibi et
 uxori suae Irenae faustum acclamari iussit, quod fecerunt. Eodem
 modo per alias urbes fieri, et inter sacrificandum similiter impera-
 torum mentionem celebrari voluit. Statim igitur non pauca in
 circuitu oppida accesserunt, quibus singulis imperator praefectos de-
 dit, earumque statum quae optima visa est ratione formavit. Bi-
 zyaе Manuelem Asanem, uxoris suae fratrem, praefectum delegit,
 cui vetus quaedam cum civibus illis coniunctio consuetudinis in-
 tercedebat. Protostrator quippe, eius socer, illic domicilium ab ini-
 tio multasque et amplas possessiones habebat. Praeterea cognato-
 rum et familiarium eius complures ibi incolebant, a quibus
 ferme civitas administrabatur. Ob hanc igitur familiaritatem con-

- A.C. 1344 μετὰ τὴν ἐν Γυναικοκάστρῳ τοῦ βασιλέως ἀναχώρησιν ὑπὸ
 μεγάλου δουκὸς πολλὰ φενακισθεῖς, καὶ εἰς τοὺς πρώτους
 τῶν φίλων τεταγμένος, πρωτοβεστιάριός τε ὀλίγῳ ὕστερον
 ἀναδειχθεῖς, ἔπειτα εἰς τὴν οἰκίαν κατεκλείσθη καὶ ζόφον
 Β κατεκρίθη τοῖς ἄλλοις ὁμοίως φίλοις, καὶ χρόνον οὕτω συ-5
 χρὸν διανύσας φρουρούμενος ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὕστερον ἐτελεύτη-
 σε, πένης καὶ ἄτιμος ἔξ ἐνπόρου καὶ περιφανοῦς γεγεννημέ-
 V. 502 ρος. πατριάρχῃ δὲ τῷ Ἱεροσολύμων ἄρτι τότε ἐκ Βυζαντίου
 διαδράντι, ὑποπτεομένῳ καὶ πάσχειν μέλλοντι κακῶς καὶ
 ἀφιγμένῳ πρὸς αὐτὸν, ὁ βασιλεὺς τὴν Βιζύης ἐνεχείρησενιο
 ἐκκλησίαν, ὥστε τὰ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἐνδεδομένα πράτ-
 τειν, ἐπεὶ ταύτης ὁ ἀρχιερεὺς ἀπεχώρει τὴν βασιλέως ἀπο-
 σειόμενος ἐπιδημίαν. ἐπεὶ δὲ πάντα διώκητο τὰ κατὰ τὴν
 πόλιν βασιλεῖ, αὐθις ἀνέστρεφεν εἰς Χαριοῦπολιν καὶ τὰς
 μῆπω προσχωρησάσας πόλεις τοῖς τε ὄπλοις ἐβιάζετο καὶ 15
 λόγοις πιθανοῖς ἐπεχείρει πείθειν προσχωρεῖν αὐτῷ. δοῦξ
 C δὲ ὁ μέγας, ἐπεὶ τὸ διατρίβειν τειχῶν ἔξω ἀπηγόρευεν,
 (αἱ μὲν γὰρ τῶν πόλεων Καντακουζηνῶ προσεχώρησαν τῷ
 βασιλεῖ, αἱ δὲ πολιορκούμεναι καὶ κακῶς πάσχουσαι ταῖς
 καθημεριναῖς ἐφόδοις ἀμφίβολοι ἤδη ἦσαν· ἐπικουρίας γὰρ 20
 οὐδεμιᾶς παρ' αὐτοῦ ἐτύγχανον, συχνὰς ποιοῦμενοι τὰς πρε-
 σβείας καὶ τὴν κακοπραγίαν ὀδυρόμενοι,) ἵνα μὴ δοκοίη,
 ὥσπερ ἐν μεγάλῳ κλύδωνι τοὺς οἰάκας τῆς ἀρχῆς καταλι-
 πῶν ἀργὸς καθῆσθαι πρὸς τὸ διασωζεῖν ἀπειπῶν, ἐσκέπατό

iugis suae germanum Manuelem Asanem praefectum ipsis, ut dice-
 bamus, constituit. Nam protostrator post secessionem ab impera-
 tore apud Gynaecocastrum a magno duce egregie ludificatus et
 inter principes amicorum cooptatus pauloque post protovestiarius
 declaratus, postea domi suae inclusus et tenebris similiter ut alii
 eiusdem ducis amici damnatus, ita perdiu in aedibus suis custodi-
 tus, tandem egens et infamis ex copioso et illustri mortuus est.
 Patriarchae autem Hierosolymorum, qui suspectus et poenas datu-
 rus recens Byzantio ad se confugerat, imperator Bizyensem eccle-
 siam sacrorum Canonum concessu regendam commendavit: quan-
 doquidem eius episcopus adventum ipsius aversatus aufugerat. Toto
 orbis statu composito, Chariopolim se recepit et oppida restantia
 ad deditionem partim armis coegit, partim oratione ad persuaden-
 dum accommodata invitavit. Iam vero magnus dux captus intra
 urbem latendi fastidio, (aliae siquidem Cantacuzeno se permisérant,
 aliae obsessae et quotidianis populationibus divexatae nutabant,
 cum subsidium ab illo nullum, quamvis crebro et cum lamentatione
 suarum aerumnarum expetitur, consequerentur,) ne, ut in turbu-
 lenta tempestate relicto imperii clavo otiosus sedere ac salutem

τι περιεργότερον, ἵνα τοῖς πολλοῖς δοκοίη ἀναγκαίων τινῶν A.C. 1344
 πέρι Βυζαντίῳ ἐνδιατρίβειν· καὶ ὃς οὐδέπω πρότερον οὐδένα
 τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου λόγον ἐποιήσατο, δικαιοσύνην ἐκή-
 ρυξε καὶ εὐθύτητα περὶ τὰς δίκας· καὶ καθήμενος ἐν τῇ D
 5μονῇ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος καὶ εὐεργέτου ἐδίκασε διὰ πάσης
 τῆς ἡμέρας, περὶ συμβόλαια καὶ ἰδιωτικὰς ἀμφισβητήσεις
 ἀσχολούμενος. ἐφρόνει δὲ Ῥαδαμάνθος οὐδὲν ἦτιον ἐπὶ τού-
 τοις, ὃς καὶ τὴν νεκρῶν δίκην ἐλέγετο ἐπιτετράφθαι διὰ τὴν
 δικαιοσύνην, ἀγνοῶν ὡς οὐδὲν ἀγεννέστερον καὶ καταγελα-
 10στότερον στρατηγοῦ ὑπὸ πολέμου τοσούτου περιῶρομένου
 καὶ συμβολαίοις σχολάζοντος, ἵνα τοὺς καθ' ἕκαστον ἰδιώ-
 τας ὠφελοίη τῶν κοινῶν καταμελῶν.

π'. Γαβαλαῶς δὲ ὁ μέγας λογοθέτης, τοῦ χρόνου τρι-P. 628
 βομένου, ἐπεὶ τὸν γάμον τῆς θυγατρὸς ὁ μέγας δουξ κατὰ
 15τοὺς ὅρκους οὐκ ἀπεδίδον, ἐδυσχέραινε τε οὐ μετρίως τὴν
 τριβὴν καὶ μεγάλῳ δονκί περὶ τοῦ γάμου διελέγετο, ἀξι-B
 ῶν ποιεῖν κατὰ τοὺς ὅρκους. ὁ δ' ἔφασκε μὲν καὶ αὐτῷ διὰ
 σπουδῆς εἶναι καὶ προὔργον παντὸς, τὴν νύμφην δὲ καὶ
 τὴν μητέρα ἀπαναίνεσθαι διὰ τὴν πολυσαρκίαν. συνεβού-
 20λενέ τε φαρμακείαις χρῆσασθαι τισιν, εἴ πως γένοιτο, τῶν
 ἐγκάτων συνεσταλμένων, λεπτότερον φανῆναι καὶ ἐπέραστον
 τῇ νύμφῃ· πάνν γὰρ ἔχειν ἀηδῶς πρὸς τὴν ἀσυμμετρίαν

17. μὲν om. P.

desperare vulgo videretur, quiddam singulare instituit, ut quibus-
 dam Byzantio necessariis distineri crederetur. Et qui ante id tem-
 pus bonum et iustum nunquam hili fecerat, iustum et rectum in
 causis et litibus observandum, praeconis voce promulgavit sedens-
 que in monasterio Christi Servatoris et benefici, toto die forum
 agebat, in contractibus et privatis controversiis occupatus. Nec
 erat Rhadamantho inferior, qui, quod fuisset in vita iustissimus,
 apud inferos arbitria facere dictus est, ignorans miser, nihil esse
 tam ignavum tamque ridiculum, quam ducem tanto bello urgente
 disceptandis vacare litibus, et dum prodesse vult privatis singulis,
 omittere communia.

80. Gabalas autem logotheta, quoniam tempus longum iam
 abierat, cum magnus dux filiam suam secus quam iurarat, nuptum
 sibi non daret, moram valde indignatus, de matrimonio eum ap-
 pellat orans, ut quod iurasset, aliquando re praestaret. Respondet
 ille, se quoque id percipere nec ei rei quidquam praeventendum
 ducere: sed sponsam et matrem eius ab eo, ut nimium corpulento
 atque obeso abhorrere. Proinde medicamentis utendum, si forte
 contractis visceribus gracilior et sponsae suae amabilis redderetur:
 propter vastitatem enim illam et proportionem non bene respon-
 dentem nihil esse eo deformius atque iniucundius. Gabalas hoc

A.C. 1344 τῶν σαρκῶν. ὁ δ' ὑπώπτενε μὲν ὀκνήσεις εἶναι καὶ προφάσεις τὰ τοιαῦτα καὶ εἰρωνεῖαν ἀκριβῶς· τῷ δὲ κατάκρας ἤττησθαι τῷ τῆς κόρης ἔρωτι, ἃ καὶ ὀλίγα φρενῶν μετέχων συνῆκεν ἂν τις, αὐτὸς ἐβούλετο ἀγνοεῖν καὶ ἐδόκει δεῖν τοῖς καταγελαστοτάτοις ἐπιχειρητέα εἶναι διὰ τὴν κόρην. διαλε-
C χθεις δὲ τινι ἰατρῷ ἐξ Ἰταλίας ἀφιγμένῳ περὶ τῆς πολυσαρκίας, ἔπειθε μεγάλους μισθοῖς ἐπαγγελλόμενον καὶ αὐτὸν, εὐσταλὲς τὸ σῶμα καὶ σύμμετρόν τισι ποιήσειν φαρμακείας,
V.503 καὶ δὴ τᾶλλα πάντα δεύτερα ἠγούμενος, λουτροῖς ἐσχόλαζε καὶ ἐμέτοις καὶ κενώσεισι γαστροῦ, ἧ τῷ ἰατρῷ ἐδόκει. ὀλι-
 γοσιτία τε προσεῖχε καὶ τᾶλλα πάντα ἐπετήδευεν, ὅσα πρὸς λεπιότητα συναίρεται. ἐξ ὧν ἠτόνει μὲν καὶ ἀδρανῆς ἦν, καὶ παρελύετο τὴν ῥώμην, ἧ γαστήρ δὲ ὀλίγα πρὸς τὸν ὄγκον ἐνεδίδου. ὑποπτέυσας δὲ ὁ μέγας δοῦξ, ὡς ὑστερόν ποτε
D ὑπαγορεύσας πρὸς τὰς φαρμακείας εἶσεται σαφῶς τὴν εἰρω-
 νεῖαν, καὶ δείσας, μὴ διὰ τὸ περιορᾶσθαι πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ πόλεμον αὐτῆς ἐκτραπῆ καὶ πείσῃ βασιλίδα τίθεσθαι σπονδὰς πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα περὶ εἰρήνης, ὃ τῶν κινδύνων αὐτῷ ὁ φοβερῶτατος ἐδόκει, ἐσκέψατο τρόπον δὴ τινι διαφθεῖρειν καὶ αὐτόν· καὶ τῶν συνειδότηων τὰ ἀπό-
 ρητα αὐτῷ τινας προσέπεμπε μηνύοντας δι' εὐνοίαν δῆθεν τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ, ὅτι βασιλὶς μάλιστα ὀργίζοιτο αὐτῷ, τὴν δὲ αἰτίαν ἀγνοεῖν. οἳ καὶ τοιαῦτα προσάγγέλλοντες ἐξε-

merum esse figmentum et astutam dissimulationem suspicabatur. Quia vero amorī puellae penitus succubuerat, quae quis vel paulum prudens non ignorasset, ipse nescire volebat, et eius causa etiam risu dignissima sibi experiunda censebat. Collocutus igitur cum quodam medico, qui ex Italia nuper venerat, de ista corpulentia, ingenti mercede eum demulsit, et is se corpus eius quibusdam medicinis ad decorem et gracilitatem tractaturum spondit. Mox posthabitis omnibus, ad praescriptum medici balneis, vomitionibus, crebris alvi ductionibus dat operam: parum cibi et potionis adhibet ceteraque omnia ad corporis extenuationem valentia sedulo usurpat. Ex quibus languor, imbecillitas nervorumque dissolutio exsistebat: at ventris moles parum imminuebatur. Veritus autem magnus dux, ne tandem pharmacis defatigatus, technam perspiceret, et timens, ne, quia contemptus esset, rursus arma contra ipsum ferret atque imperatricem ad foedus cum Cantacuzeno patrandum impelleret, quo nullum periculum impensius metuebat, illius quoque interficiendi rationem excogitavit. Nam quosdam sibi a secretis misit, qui, ut magno logethae, benevolo animo indicarent, Augustam ei iratam esse vehementer: causam se nescire. Talibus nuntiis hominem exterrebant. Deinde et iuramentum exigebant, horum arcanorum indices nemini proditurum. Sic illi in commen-

φόβον. ἔπειτα καὶ ὄρκους ἤτοῦντο δῆθεν ὑπὲρ τοῦ μηθὲν Ἰ. 344
καταδήλους ποιεῖν τοὺς τὰ ἀπόρρητα μηνύσαντας. οὕτω μὲν
οὖν ἐκεῖνοι ἐκακούρουσαν τὴν πεπλασμένην δῆλωσιν τῶν ἀπορ- P. 629
ρήτων. Γαβαλάς δὲ οἰόμενος εἶναι ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, παν-
σταχόθεν ἐκνυαίνεται καὶ περιηγητλεῖτο λογισμοῖς, καὶ σύννοσ
καὶ ὠχρὸς ἐφαίνετο καὶ ταῖς φροντίσι συντετηκῶς. δοῦξ δὲ
ὁ μέγας, τῶν πραττομένων ἄγνοιαν ὑποκρινόμενος, ἠρώτα
τὴν αἰτίαν τῆς συννοίας καὶ τῆς ὠχριάσεως. ὁ δὲ οὐδὲν ὑ-
πωπτευκῶς περὶ ἐκείνου φαῦλον, οἷα δὴ κηδεστῆ καὶ ἀλγή-
10σοῦντι ὑπὲρ ἐκείνου, πᾶν τὸ ἀπόρρητον ἐξέφαινε καὶ ἐπικου-
ρίας τυχεῖν τινος ἐδεῖτο καὶ γνώμην εἰσηγεῖσθαι, ἣ χρη-
σάμενος ἔξω ἔσται τῶν κινδύνων. οὐδὲν γὰρ ἦν τὸ μέσον B
τοῦ ὑποπτευθῆναι τότε καὶ διαφθαρῆναι. δοῦξ δὲ ὁ μέγας
ἔφασκε μὲν τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἀκηκοέναι περὶ αὐτοῦ, ἠγεῖ-
15σθαι δὲ μὴ ἀληθῆ, ὅμως ὑπετίθει τὴν οὐσίαν παρὰ τοῖς
φίλοις ἐκτιθέναι. τὴν γὰρ πολιτενομένην νυνὶ παρὰ Ῥωμαί-
οις ἔφασκε συκοφαντίαν καὶ διαβολὴν πάντα ὄντινον φυ-
λάττεσθαι χρεῶν. καὶ γὰρ αὐτὸς τῶν κοινῶν ἀπάντων ἄρ-
χων καὶ τῆς πρώτης παρὰ Ῥωμαίοις ἀπολαύων τιμῆς καὶ
20εὐπραγίας οὐ μάλιστα αὐτοῖς θαρῆξεν, ἀλλὰ τὰ πλείω καὶ
πολυτελέστερα τῶν ὄντων, ἔν τε Ἐπιβάταις τῷ φρουρίῳ καὶ
πρὸς τῷ ἐν Μαγκάνοις πύργῳ ἔχειν. αὐτὸν δὲ ἐπεὶ μὴ συμ-
βαιή φρουρίον τι ἔχειν, ᾧ χρῆσαιτο πρὸς τοιαύτας τῶν
πραγμάτων μεταβολὰς, ἐτέρῳ τρόπῳ τινὶ τῆς οὐσίας προνο- C

10. ἀλήσαντι P. ἄπαν M.

titiis secretis significandis se malitiose gerebant. Gabalas menda-
cium minime olfaciens undique cogitationum fluctibus iactabatur,
meditabundus, pallidus et prae sollicitudinibus contabescens. Ma-
gnus autem dux rei gestae ignorationem prae se ferens, tristitiae
et palloris huius causam exquirebat. Tum Gabalas candide, tam-
quam socero et vicem suam dolituro, arcanum, ut erat, reserat
eiusque opem aliquam et consilium implorat, quo usus discrimen
evadat: nam tunc inter suspectum esse et iugulari nihil erat me-
dium. Hic magnus dux, se quoque haec de illo audivisse: putare
tamen vera non esse. Nihilominus uti facultates suas amicis con-
creeberet, monere. Quae enim nunc apud Romanos regnum tene-
rent sycophantia et calumnia, eas cavere unumquemque oportere.
Nam et se totius rei publicae caput ac principum honoribusque
ac felicitate inter Romanos praecipuum, neutiquam illis fidere, sed
maiorem ac pretiosiore partem rerum suarum Epibatis in castello
et arce in Manganis recondidisse. Ipsi vero, quoniam castello care-
ret, quo in istiusmodi rerum commutationibus uteretur, alio quo-
dammodo facultates suas tuendas: ut, si quid adversum accidat,

- A.C. 1344 εἶν, ἴν' εἴ τι συμβαίῃ δυσχερῆς, (οὐ γὰρ μάτην παρὰ βασιλίδος ὑποπτεύεσθαι,) τὴν γοῦν οὐσίαν ἔχη καὶ μὴ ἀμφοτέρων, οὐσίας τε ἅμα καὶ ἀρχῆς τῶν πραγμάτων, ἀποστερηθῆ. ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα συνεβούλευε. λογοθέτης δὲ ὁ μέγας τὴν ἐπιβουλήν μὴ συνιδῶν ἐπέθετό τε καὶ τὰ ὄντα πρὸς τοὺς φίλους ἐξετίθει. ὁ δ' αὐτίκα προσέπεμπε τοὺς βασιλίδι τὰ πραττόμενα μηνύοντας, ὡς αὐτοῦ μὴ συνειδότης. παρήκον τε οἱ προσαγγέλλοντες, μὴ τοιαῦτα περιορᾶν· οὐ γὰρ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν οὐσίαν τὸν μέγαν λογοθέτην ἐκτιθέναι, ἀλλ' ἢ στάσιν βουλευέσθαι ποιεῖν ἐπὶ τῷ Καντακουζηνὸν βασιλέα δέ-10
 χεσθαι, ἢ ἀφίστασθαι διανοεῖσθαι πρὸς ἐκεῖνον. ἡ βασιλὶς δὲ τὰ περὶ μεγάλου λογοθέτου εἰρημένα ἐξετάζουσα, ὡς ἐπυνθάνετο παρὰ πολλῶν εἶναι ἀληθῆ, (κρούφα γὰρ παρὰ τῶν συνειδύτων πρὸς πολλοὺς διεδόθη τὸ ἀπόρρητον, τοῦ μεγάλου δουκὸς οὕτω συσκευάσαντος,) ἠγανάκτει καὶ ἀποστασίαν¹⁵
 εἶναι ᾗετο τὸ πρᾶγμα φανερῶς, καὶ ἐβουλεύετο ὅ,τι δέοι χρῆσθαι τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ. ἐπεὶ δὲ ἤδη πέρας εἶχεν ἡ
 V. 504 ἐπιβουλή, καὶ λογοθέτης τε ὁ μέγας πῦσαν ἐκθέμενος τὴν οὐσίαν ἐκάθητο δεσμοτήριον περιμένων, καὶ ἡ βασιλὶς ὠργίζετο πρὸς τὴν ἀποστασίαν, πλασάμενος ὁ μέγας δούξ τινα²⁰
 τῶν δημοσίων χρεῖαν, εἰς Ἱερὸν τὸ πρὸς ἐμβολὰς τοῦ Πόν-
 P. 630 του ἀπέπλεε τριήρει, τοὺς δὲ πρῶτον τὴν βασιλίδος δῆθεν ὄργην μηνύσαντας τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ κατέλιπεν ἐπιθεῖναι τέλος τῇ ἐπιβουλῇ· προσελθόντες γὰρ ἐκεῖνοι αὐθις δεδα-

22. δὲ P.

(non enim frustra apud imperatricem cecidisse,) saltem sua retineat, ne simul illis tamque amplo magistratu privetur. Magnus logotheta, non intellectis insidiis, paret, et fortunas suas apud amicos collocat. Quid multa? subito magus dux mittit, qui, quod agebatur, imperatrici, quasi se minime conscio, patefaceret: et hortabantur qui nuntiabant, ne rem istam negligeret; non enim magnum logothetam sincero fine res suas apud amicos deposuisse, sed aut seditionem ad Cantacuzenum recipiendum machinari, aut ad illum cogitare deficere. Imperatrix dicta examinans, ut a multis vera esse audivit, (clam siquidem a conscis magni ducis, eo id struente, in multos secretum hoc disseminatum fuerat,) acerbè tulit, manifestamque defectionem rata, quid poenarum in eum statueret, deliberabat. Cum insidiae processissent et magnus logotheta Gabalas facultatibus alibi depositis sederet carceremque exspectaret, et Augusta, ut perfido, irasceret, magnus dux, simulata necessitate quadam publica, Hierum, quod est oppidum ad ostia Ponti, trimi conscensa navigavit, quiq; primum logothetae iram imperatricis indicarant, eos ad finem negotio imponendum reliquit. Rur-

κρυμένοι καὶ κατηφεῖς, ἐμήνουν ὡς ἐκείνη τῇ νυκτὶ πρὸς ἔ-Α. C. 1344
 σχατον κινδύνου ἦξει, βασιλίδος μάλιστα ἐξωρισμένης, καὶ
 πρόνοιάν τινα αὐτοῦ ἐκέλευον ποιεῖσθαι. τῆς αὐτῆς δὲ ὄ-
 ρας καὶ ἑτέρους ἐκ συνθήματος παρεσκευάζον, ἀφικνουμένους
 5 παρὰ τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνου, ἀνωνύμως οὕτως εἰ αὐτὸς αὐ-
 τόθι εἶη ἐρωτᾶν, ὡς τι δεινὸν τοῦ λόγου προσημαίνοντος.
 οὐ γὰρ εἰώθεσαν ἐκείνη πρότερον οὕτω προσφέρεισθαι Ῥω-Β
 μαῖοι, ἀλλὰ πολλὴν τὴν θεραπείαν προσῆγον καὶ τὴν κολα-
 κείαν. Γαβαλᾶς δὲ ἤδη τὸν ὄλεθρον ἐκ πάντων τεκμαιρομέ-
 10 νος καὶ δέισας, μὴ καὶ παραπόλοιτο, τινῶν πρὸς ἔχθραν ἐπ-
 ελθόντων, ὑπότρομος καὶ περιδεὴς εἰς τὸν τῆς Θεοῦ Σοφίας
 γενόμενος νεῶν, οὐδ' οὕτω σώζεσθαι ἐπίθετο, ἀλλὰ φιλο-
 ψυχῶν πολλὰ, τὴν ἐσθῆτα ἀποδύς, σχῆμα μοναχῶν περιεβά-
 λετο, οὕτως οἰόμενος μῶλις ἑαυτῇ τὴν σωτηρίαν ἐκπορίσειν.
 15 τοσοῦτον ἐξεπέπληκτο ταῖς ἀπειλαῖς καὶ τὰς φρένας κατεσεῖ-
 σθη. ὁ μέγας δὲ δοῦξ ἐπεὶ πύθοιτο πᾶσαν κατὰ νοῦν τὴν
 κακουργίαν ἀποβάσας, ἐκ τοῦ Ἰεροῦ ἐπανελθὼν, αὐτίκα πρὸς
 τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας τὸν νεῶν ἀφῆκτο, καὶ τὸν μέγαν λογο- C
 θέτην εὐρηκῶς τὰ μοναχῶν ἡμφιεσμένον, ἐκόπτετο πολλὰ
 20 καὶ τὴν χρεῖαν ἀπωδύρευτο τῆς θυγατρὸς καὶ ἀπαραμύθητα
 ἐπένθει. λογοθέτης δὲ ὁ μέγας πολλοῖς παρεμυθεῖτο λόγοις,
 οὐδὲν καινὸν συμβεβηκέναι φάσκων, εἰ τῶν ἀνθρωπίνων ἀεὶ
 πραγμάτων ἄλλοτε ἄλλως φερομένων καὶ ἀστατουόντων, νῦν

16. τὴν om. P.

sum igitur accedentes illi, perfusique lacrymis, et deiectis humi
 vultibus, certiozem faciunt, illa nocte in summo discrimine futu-
 rum, imperatrice scilicet iracundia effervescente: et hortantur, ut
 sibi provideat. Subornavit interim ex alia conspiratione, qui
 eadem hora ad eius aedes venirent, et sine nomine, num ipse es-
 set intus, sciscitarentur, velut his verbis horribile quiddam praesi-
 gnificantibus: non enim alias sic tractare illum Romani, sed multa
 cum observantia et assentatione consueverant. Gabalas omnibus
 iudicis necem sibi in foribus esse conciens, et formidans, ne qui-
 busdam ex odio in se irruentibus male periret, cum tremore ac
 pavore magno in templum Sophiae, tamquam ad asylum, facta fuga,
 quoniam ne sic quidem se salvum fore credebat, et producere vitam
 non mediocriter cupiebat, monachi habitum induit, vix etiam hac
 ratione se servatum iri sperans: adeo minis attonitus et concussus
 erat medullitus. Magnus dux totum maleficium ex sententia evenisse
 postquam intellexit, Hiero reversus, illicet aedem Sophiae petit:
 inventoque ibi logotheta cum vestitu monastico, plangit mirum in
 modum, et viduitatem filiae lamentatur, doletque dolorem inconsolabilem.
 Logotheta eius luctum levare multis verbis nititur, aitque,
 nihil contigisse novi, si humanis rebus semper aliter et

- A. C. 1344 μὲν βελτιόνων, νῦν δὲ χειρόνων ἐπειράθη καὶ αὐτός· καὶ ἔδοκει τὸ πολὺ τῆς λύπης διὰ τὴν ἐκείνου παραμυθίαν ἀποτίθεσθαι. ὕστερον δὲ ὀλίγω πρὸς τὴν τῆς παμμακαρίστου μονήν ὁ μέγας ἀφῆκτο λογοθέτης, τῆς βασιλίδος κελευούσης·
- D φωραθεὶς δὲ διαδιδράσκειν μέλλον καὶ τὰ μοναχῶν ἀπαμ-5 φιέννυσθαι, εἰς δεσμοτήριον ἐνεβλήθη. οὕτω μὲν οὖν καὶ τοῦτον ἀπεσκευάσατο ὁ μέγας δούξ, μεγάλα μὲν πρὸς τὸν Καντακουζηνοῦ συναράμενον τοῦ βασιλέως πόλεμον, ἀξίων δὲ ἀπολελευκότα παρ' ἐκείνου ἀμοιβῶν, ἧς ἐπήγαγεν ἀμυθῆ-10 του φθορᾶς ὁ πόλεμος Ῥωμαίοις.
- A. C. 1345 πᾶ. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς πνθόμενος, ὡς βα-
P. 631 σιλίς πρεσβείαν ποιοῖτο πρὸς Ὀρχάνην ἐπὶ συμμαχίᾳ, πέμψας καὶ αὐτὸς ἔπραττεν, ὅπως αὐτῷ μᾶλλον, καὶ μὴ Βυζαν-
B τίοις πρόσθοιτο. καὶ εἴλετο Ὀρχάνης τὴν πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα μᾶλλον συμμαχίαν, καὶ πέμψας Χατζὴν τὸν 15 εὐνοῦχον, ἐτέλει τὰς σπονδάς. ὄντος δὲ οὐ μακρὰν αὐτοῦ, ἀλλὰ τῆς ἐκ Παφλαγονίας ἄχρι Φρυγίας παραλίου ἄρχοντος,
V. 505 ῥαδίως μετεπέμπετο Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς τὴν συμμαχίαν ἤνικα ἔδει· ὃ καὶ μάλιστα ἐκάκωσε τὰ πράγματα Ῥωμαίων. ὡς ἐπιπλεῖον γὰρ, καὶ βασιλέως μὴ δεομένου, περαι-20 ούμενοι οἱ Πέρσαι τὰς μήπω βασιλεῖ προσχωρησάσας πόλεις ἐκάκουν ὡς πολεμίας. τότε δὲ ἐκ τῆς Ὀρχάνη στρατιᾶς ἔχων συμμαχίαν, ταῖς πρὸς τὸν Πόντον πόλεσιν ἐπεστράτευσεν καὶ εἴλε πᾶσας πλὴν Σωζοπόλεως. εἴλε δὲ καὶ τὴν ἐν

aliter volventibus et inconstantibus, nunc quidem meliora, nunc deteriora et ipse expertus esset. Et apparebat Apocauchum ad haec aliquantum acquiescere. Paulo post magnus logotheta imperatricis iussu ad monasterium sanctissimae Virginis abiit. In fuga autem, abiecto monachi cultu, adornanda deprehensus, in carcerem datur. Sic igitur et hunc ex medio magnus dux removet, qui bellum contra Cantacuzenum non vulgariter promoverat: condignam nimirum mercedem pro pestiferis cladibus eo bello invectis ei rependens.

81. Imperator ut rescivit imperatricem missa legatione Orchanis societatem expetere, missis et ipse oratoribus id egit, ut ad se, non ad Byzantios auxilia mitteret. Qui legato Chatze eunucho foedus cum Cantacuzeno iniit. Cumque non longe distaret, sed a Paphlagonia maritima usque in Phrygiam imperitaret, facile Cantacuzenus, quoties indigebat, Persarum manum accersebat, qui Romanas regiones infestabant plurimum: nam saepius, imperatore etiam non rogante, traicentes, quae nondum se dediderant urbes, ut hostiles, direptionibus affligebant. Tunc vero ab Orchanis exercitu habens subsidium, contra oppida ad oram Ponti sita profectus, omnia

τῆ Δέρκη τῆ λίμνη πόλιν καὶ φρούριόν τι ἕτερον οὐ μα- A.C. 1345
κρὰν Βυζαντίου, Ἐμπυρίτην προσαγορευόμενον· εἶτα ἀνέ- C
στρεφεν εἰς τὴν οἰκίαν. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ
Μανουὴλ ὁ νεώτερος τῶν βασιλέως υἱῶν Βεῤῥοία ἐνδιατρί-
5βων, ὄναρ ἔγραφεν ἰδεῖν τοιοῦτον. ἐδόκει ἐπὶ κλίνης αὐτὸς
ἑστάναι· βασιλέα δὲ τὸν πατέρα τῆβεννον ἔχοντα καὶ χιτῶ-
να περιπόρφυρα καὶ ἱερατικὸν ἐπιτραχήλιον χρυσοῦν, πρὸς
αὐτὸν ἐλθεῖν, δύο δὲ ἑτέρους ἑκατέρωθεν αὐτῆ παρεπέσθαι,
ᾧ ἄτερος μὲν οὐ γνώριμος ἦν, εἶχε δὲ τὸ προφήτου Ἡ-
10σαίου βιβλίον ἀνεωγμένον· Λαντζαρέτος δὲ ὁ δεύτερος τὸ
βασιλέως ξίφος εἶχεν ἐν χειρὶ. βασιλέα δὲ κηρὸν αὐτῆ πα- D
ρρηχημένον καὶ σφραγίδα, ἄμφω ἐρυσθῶ, „σφράγισον” πρὸς
τὸν υἱὸν εἰπεῖν. τοῦ δὲ σφραγίσαντος, ζῶντα λέοντα ἐντυπωθῆ-
ναι τῷ κηρῷ, ἄστρον λαμπρότατον τῆ δεξιῷ κατέχοντα ποδὶ
15καὶ πρὸς τῷ ὠμῷ ἕτερον μικρὸν ἔχοντα ἐγκεκολλημένον ἄστρον.
βασιλέα δὲ εἰπεῖν, „ἀνάστησον αὐτόν.” ἀναστήσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ,
τὸν τὸ βιβλίον Ἡσαίου κατέχοντα εἰπεῖν, „ὁ θεὸς ὠδήγησεν αὐ-
τὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξαν μονοκέρωτος αὐτοῦ ἔδεισθαι ἔθνη
ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς βολίσιν αὐτῶν κατατοξεύσει καὶ τὰ πά-
20χη αὐτῶν ἐκμυελιεῖ. ἀνακλιθεῖς ἀνεπαύσατο ὡς λέων καὶ ὡς
σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλογημένοι, καὶ οἱ
καταρώμενοί σε κεκατήρηνται.” ταῦτα δὲ ἐδόκει τῷ βιβλίῳ ὄντα P. 631
ἔγγεγραμμένα ἀναγιγνώσκειν. βασιλεὺς δὲ αὐθις τῷ υἱῷ προσ-

praeter Sozopolim subegit. Cepit item oppidum in Derce palude,
et castellum quoddam non procul Byzantio, Empyriten vocabulo:
deinde in provinciam rediit. Sub idem tempus Manuel iunior filius
eius Berrhoeae manens, tale visum per somnum sibi oblatum scrip-
psit. Videbatur sibi sedere super lectulo, patrem autem togam et
tunicam purpura praetextas indutum, gestantemque a collo pendens
monile sacerdotale aureum accedere, dextra levaque stipatum duo-
bus, quorum alter ignotus, prophetae Isaiae volumen apertum te-
nebat: alter Lanzaretus, gladium imperatoris manu portabat, et
ipsum imperatorem ceram et sigillum, ambo rubra, porrigentem
dicentemque, Signa. Cum signasset, vivum leonem in cera impres-
sum apparere, dextro pede stellam tenentem lucidissimam, et iuxta
armum aliam stellam modicam velut insculptam habentem. Tum
imperatorum dicere, Excita ipsum. Quod cum faceret, qui librum
Isaiae tenebat, haec inde videbatur recitare, Dominus dux eius
fuit ex Aegypto, ut gloriam unicornis eius, ut comedat gentes
inimicorum eius, et iaculis eorum iaculabitur et crassitiam eorum
emedullabit. Recubuit et quievit ut leo et ut catulus leonis, quis
excitabit illum? qui benedicunt tibi, sunt benedicti, et qui maledi-
dicunt, maledicti. Haec ille libro inscripta recitare videbatur. Im-
perator rursus filium signare iussit. Cum signasset, expressa est

A.C. 1345 ἐτάττε σφραγῖσαι. σφραγίσαντος δὲ, πάρδαλις ἐξῆλθε ζῶσα, καὶ χάριτην εἶχε θατέρῳ τῶν ποδῶν, ᾧ ἐνεγέγραπτο, ἰδοὺ θηρίον ἕτερον ὡσεὶ πάρδαλις, καὶ ἐξουσία ἐδόθη αὐτῷ. κελεύσαντος δὲ βασιλέως τῇ κατέχοντι τὸ βιβλίον τοῦ θηρίου τὴν προφητείαν λέγειν, τὰ ἴσα εἶπε. βασιλεὺς δὲ καὶ τρίτον ἐκέλευε σφραγῖσαι τῷ νύῳ· καὶ σφραγίσαντος, ἐξῆλθε γαλῆ ζῶσα καὶ αὐτῇ, τὴν γλωττίαν δὲ τῶν ὀδόντων προβεβλημένη, ἐδόκει λείχειν τὴν γῆν. τοῦ βασιλέως δὲ υἱοῦ εἰς Βΰψος αἴροντος, ἡ γλωσσοσά τῆς γαλῆς μηκύνεσθαι ἐδόκει καὶ τὴν γῆν ὡσαύτως περιλείχειν. ὁ τὸ βιβλίον δὲ κατέχων, βασιλεὺς κελεύοντος, τὴν προφητείαν λέγειν. „ἰδοὺ θηρίον” εἶπεῖν „ἕτερον, καὶ εἶπον αὐτῷ· ἀνάβηθι, φάγε σάρκας πολλὰς.” μετὰ τοῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς σφραγίδα πράσινον ἕτερον παρέχευε τῷ νύῳ καὶ ἐκέλευε ταύτῃ σφραγίζειν τὸν κηρὸν· καὶ σφραγίσαντος, ἐξῆλθε πελαργὸς ζῶν, σκύφον ἔχων ὑέλινον ἐπὶ τοῦ ποδὶ· ἐδόκει δὲ ὁ σκύφος ὄξος ἔχειν. ὁ τὸ βιβλίον δὲ κατέχων εἶπεν „ἔδωκαν εἰς τὸ βροῦμά μου χολῆν καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος· ὕφονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.” αὐθις δὲ ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς ἐσφράγισε κελευσθεῖς·

C καὶ ἵπποκένταυρος ἐξῆλθε, τῇ δεξιᾷ χειρὶ δόρυ κατέχων. ὁ δὲ τὰς προφητείας λέγων „ἰδοὺ καὶ ἕτερον θηρίον” εἶπεν „ἔκθαμβον καὶ περισσῶς ἰσχυρόν.” μετὰ τοῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς „εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἡμῶν” εἶπε „πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. δόξα σοι, ὁ θεὸς, ὅτι ζῶντες εἰ-

18. ἐπότησαν P.

viva pardalis, altero pede chartam sustinens cum hac inscriptione: ecce fera altera ut pardus, et potestas ei data est. Cumque imperator ei qui librum tenebat praecepisset, ut ferae prophetiam legeret, eadem legebat. Tertium signare iussit. Cumque signasset, felis etiam viva exivit, quae, lingua extra dentes eiecta, terram lambere videbatur. Quam cum filius in sublime extulisset, lingua felis extendi et terram similiter circumlingere visa est. Tum qui librum ferebat, iussu imperatoris prophetiam legit, Ecce fera altera, et dixerunt ei: ascende, comede carnes multas. Posthaec imperator sigillum aliud viride filio dans, in ceram imprimere iussit, cumque impressisset, exivit viva ciconia, scyphum vitreum pede sustentans, in quo acetum inesse apparebat. Tenens autem librum legebat, Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto. Videbunt in quem transfixerunt. Adhuc iussus signavit, et hippocentaurus exivit, dextra manu hastam gestans. Qui autem vaticinia legebat, Ecce, inquit, aliud animal praecellens et validum vehementer. Ad extremum imperator, Benedictus Deus noster, ait, omni tempore, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Gloria tibi, Domine, quia vivi adhuc vidimus vaticinia haec eve-

δομεν τὰς προφητείας ἀποβάσας.” ἐδόκει δὲ κελεύειν τῷ νιῶν A.C. 1345
 συγκρούπειν τὰ ζῶα. τὰ δὲ εὐθύς ἐδόκουν σφραγιδες γε-
 γενῆσθαι ἐκ κηροῦ, ἅς ὡς ἐνῆν συγκρούπων ταῖς χερσὶ, μετὰ V. 506
 βασιλέως ἐξῆι τοῦ πατρὸς, τὸ ἱερατικὸν ἐπιτραχήλιον ἀπο-
 5 θμεμένου· ἐν τούτοις δὲ τοῦ ὕπνου ἀποστῆναι. τοιαῦτα μὲν
 ἢ ὕψις τῷ βασιλέως νιῶν ἐδήλον· περὶ οὗ δὲ ἦν, οὐδέπω
 μέχρι νῦν ἐγένετο φανερόν. ταῦτα μὲν οὖν ὁ βασιλέως υἱὸς D
 πρὸς τὸν πατέρα ἔγραφεν ἑωρακένας κατὰ τοὺς ὕπνους. βα-
 σιλεὺς δὲ ὀλίγον Λιδυμοτείχῳ ἐνδιατρίψας, σύμπασαν Ῥω-
 10 μαίων, ὅσοι ὑπ’ αὐτῷ ἦσαν, στρατιάν συναγαγὼν καὶ Περ-
 σικὴν ὀλίγην ἐπαγόμενος, ἐπεστράτευσεν αὐθις Βυζαντίῳ,
 καὶ πρὸς τὴν Γυρολίμνης λεγομένην πύλην ἐλθὼν, οὐκ ὀλίγον
 μέρος τῆς ἡμέρας διετέλεσεν. ἐκ Βυζαντίου δὲ οὐδεὶς ἐξῆλ-
 15 θε τῶν πυλῶν, ἀλλ’ ἐπὶ τῶν τειχῶν ἦσαν παρατεταγμένοι,
 ὡς ἀμυννόμενοι, ἂν ἐπίωσι. δούξ δὲ ὁ μέγας μόνος ἅμα
 ὀλίγοις πρὸ τῶν πυλῶν ἔστη ἐξελθὼν. γνωρίσας δὲ ὁ βασι-
 λεὺς, ὡς ἐκεῖνος εἶη, ἐπεμπε τοὺς διαλεξομένους. ὁ δ’ εἰσῆι
 πρὸς τὴν πόλιν, αἰσθόμενος ὡς ἐγνωρίσθη, καὶ οἱ πρὸς αὐ-
 τὸν ἐρχόμενοι ἀνέστρεφον. βασιλεὺς δὲ, ἐπεὶ περὶ δείλην ἢ P. 633
 20 ἡμέρα ἦδη ἦν, παρὰ τὴν τῆς Καμήλου καλουμένην γέφυραν
 ἔστρατοπεδεύσατο ἐλθὼν· καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν ὀλίγοι μὲν
 εἰς τὸ στρατόπεδον μετὰ βασιλέως ὑπελείποντο, τὸ πολὺ δὲ
 τῆς στρατιᾶς καὶ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν ἐτράποντο ἐπὶ λεη-
 25 λασίᾳ. καὶ Ῥωμαῖοι μὲν βοσκήματα καὶ ἄλλην λείαν ἤ-
 λαννον, τὸ Περσικὸν δὲ ἠνδραπόδιζον καὶ τοὺς ἀνδρώπους.

18. πρὸς prius om. M.

nisse. Videbatur porro mandare filio, ut occultaret animalia, quae
 mox in cerea sigilla convertebantur: quae manibus ut poterat occul-
 tans, cum patre, deposito monili sacro, exivit, et in eo articulo
 somno solutus est. Talis species filio imperatoris dormientis obtigit.
 Ad quem autem pertinuerit, usque hodie latet. Et haec is secun-
 dum quietem se vidisse, ad patrem scripsit. Imperator paulum Di-
 dymotichi haerens, collectis omnibus quas habebat copiis Romanis,
 paucisque Persarum adiunctis, rursus in Byzantii fines irrupit, et ad
 portam Gyrolimnes bonam diei partem constitit. Ex urbe egressus
 est nemo: verumtamen in moenibus instructi visebantur, qui ho-
 stem accedentem repellerent. Magnus dux solus cum paucis exiens,
 pro portis stetit. Imperator ut ipsum esse cognovit, caduceatores
 misit. Ille se cognitum intelligens, in urbem retro cessit, et qui
 missi fuerant, inanes reverterunt. Imperator, quoniam advespera-
 scebat, ad portam Cameli castra fecit: postridieque exiguo numero
 secum in castris manente, maior pars Romani, Persaeque praeda-
 tum discurrerunt. Et Romani quidem pecora et alia agebant fere-

A.C. 1345 καὶ ἦν οὗ τοῖς πάσχουσι μόνον τὸ κακὸν ἀπαρამύθητον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖ καὶ τοῖς συνοῦσιν ἅπασιν Ῥωμαίοις ἕλεος δεινὸς εἰσῆει, τοιαῦτα τῶν ὁμοφύλων δυστυχοῦντων· ἀναγ-
 Βκαίως δὲ τοῦ πολέμου εἶχοντο. πρᾶττειν γὰρ ἑτέρως οὐκ ἔνῃν, τῶν ἐν Βυζαντίῳ τὴν εἰρήνην οὐ παραδεχομένων. 5

πβ. Οἱ ἐν Γαλατᾷ δὲ τῷ φρουρίῳ ὄντες Λατῖνοι, ὄρων-
 τες μὲν τὴν ὑπὸ τοῦ ἐμφυλίου πολέμου τοῖς Ῥωμαίοις ἐγ-
 γινομένην ἀμύθητον φθορὰν, ἀγνοοῦντες δὲ, εἰ μᾶλλον οἱ ἐν
 C Βυζαντίῳ, ἢ Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς παρέχεται τὰς αἰ-
 τίας τοῦ πολέμου, καὶ τοῖς μὲν ἐν Βυζαντίῳ συνόντες ὅση-10
 μέραι καὶ πολλὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀκούοντες
 κατηγορούντων, ὅτι βασιλεύειν ἐπιθυμήσας τοῖς βασιλέως
 ἐπιβουλεύσειε παισὶ, πατριάρχης δὲ μετὰ τῶν ἐπιλοίπων
 ἀντισταίῃ καὶ κωλύσειε, μὴ τὸν παῖδα διαφθεῖρειν πολεμήσας,
 ἢ οὐδὲν ἂν ἐκεῖνον ἐκώλυε πάλαι διεφθάρθαι, Καντακουζηνοῦ 15
 δὲ τοῦ βασιλέως οὐ μόνον τὴν πρὸς βασιλέα τὸν Ἀνδρόνικον
 ἐννοοῦντες σύμπνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὴν προσοῦσαν ἐπιείκειαν καὶ
 D ἡμερότητα, καὶ τὸ πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχεσθαι ἡδύν τε ἐν ὁμιλίαις
 καὶ φιλότιμον πρὸς τὰς εὐεργεσίας καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας
 τῶν φίλων μνημονευτικὸν, καὶ νομίζοντες, οὐκ ἂν οὕτω ῥαδίως 20
 περὶ βασιλέα τὸν φίλον ἡγνωνομηκένοι, πιστεύειν μὲν οὐκ
 εἶχον τοῖς αὐτοῦ κατηγοροῦσι τὰ τοιαῦτα, οὔτε μὴν παντά-
 V. 507 πασιν ἀπιστεῖν τοῖς θρυλλουμένοις οὕτως ὑπὸ πολλῶν διὰ

bantque: Persae etiam homines captivos ducebant. Nec solum ipsis patientibus ea res acerbissimum luctum afferebat: sed imperatori quoque, et Romanis universis magnae miserationi erat, suae gentis mortales his casibus oppressos aspicere. Sed cum Byzantini pacem aspernarentur, licentiam militarem in hostibus necessitas extorquebat, non voluntas.

82. Verumenimvero in oppido Galata Latini, cum hoc civili bello Romanos incredibiles calamitates pertulisse cernerent, et ignorant, magisne a Byzantinis, an a Cantacuzeno datum esset initium: et quotidiana cum illis commercia habentes, eos Cantacuzenum multis accusantes audirent, (quod nimirum regnandi cupiditate liberis imperatoris insidiaretur: patriarcham cum ceteris obsistere, ne puerum bello victor occideret, alioqui pridem occisum fuisse,) praeterea cum Cantacuzeni non solum cum defuncto imperatore Andronico voluntatum studiorumque consensus, sed et mores placidissimos reputarent et quomodo se omnibus in congressu suavem ac benefaciendi cupidum, benevolentiaeque amicorum erga se memorem praeberet: arbitrarentur etiam, non tam facile in imperatorem ingratum atque improbum reperiri potuisse: cum haec, inquam, cogitarent, nec fidem accusatoribus adiungere, nec prorsus detrudere poterant, quod adeo a multis praedicarentur. Quocirca

δὴ ταῦτα περὶ πλείστου τιθέμενοι σαφές τι περὶ τοῦ παρὰ A.C. 1345
 Ῥωμαίους κεκινημένου πολέμου γνῶναι, δεῖν ἔγνωσαν, ἐπεὶ
 ἔγγυς ἦν ἔστρατοπεδευμένος, πέμπειν πρὸς αὐτὸν τινὰς, οἱ
 διαλεξόμενοι τὰς αἰτίας εἴσονται σαφῶς, ἐξ ὧν ὁ πόλεμος
 5 κεκίνητο. καὶ πέμπουσι δύο τινὰς, τῆς τῶν μενουριῶν τάξεως
 μοναχοῦς, συνετοὺς μὲν καὶ ἄλλως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σοφίας
 τῆς παρὰ Ῥωμαίους εἰς ἄκρον ἑλληλακότας καὶ τὰ Ἀριστοτέ- P. 634
 λους κάλλιστα ἐξηγημένους. ἦν δὲ ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν ἐκ
 Σαβωΐας τῆς πατρῴας οἰκίας Ἄνη τῇ βασιλίδι, τῶν μενου-
 10 ριῶν ἡγούμενος· διὸ καὶ τότε πρὸς βασιλέα παρὰ τῶν ὁμο-
 φύλων ἐπέμφθη, ἵν' ὡς μάλιστα τὰς αἰτίας ἐξετάσῃ τοῦ πο-
 λέμου, τῇ πρὸς βασιλίδα τὴν Ἄναν οἰκειότητι οὐ μόνον
 βασιλεῖ μὴ χαριζόμενος, ἀλλὰ καὶ ἀντιλέγων καὶ ἀπελέγγων,
 ὅσα δυνατά· ὁ δὲ λοιπὸς τῶν ἐξεταζομένων ἀκροατῆς ἐσό-
 15 ῖμενος μόνον ἦκει, ἵνα μὴ ἐκεῖνος αὐτῆς χαριζόμενος ἑαυτῷ,
 ἀποκρούπειν ἐθελήσῃ τάληθῆ. ἐλθόντες δὲ εἰς τὸ στρατόπε-
 δον καὶ βασιλέα προσαγορεύσαντες, ἦκειν μὲν ἔφρασαν καὶ B
 ὁμιλίας ἕνεκα καὶ συντυχίας τῆς πρὸς αὐτὸν, οὕτως ἔγγυς
 ἔστρατοπεδευμένου. τὸ μάλιστα δὲ πείσαν εἶναι ἀφικέσθαι,
 20 ὅτι χρόνον ἤδη συχνὸν τοῦ πρὸς ἀλλήλους Ῥωμαίους πολέ-
 μου τουτουῖ κεκινημένου καὶ διαφθειρομένων ὁσημέραι τῶν
 πόλεων ὑπ' ἀλλήλων στασιαζόντων καὶ τῆς ἄλλης χώρας
 ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων τῶν κατατρεχόντων καὶ πλεί-
 25 στων καὶ ἀνηκέστων τελουμένων καὶ πολλῶν καθ' ἡμέραν
 ἄκτεινομένων καὶ ἑξανδραποδιζομένων, οὔτε λύσις τῶν κακῶν

certum aliquid de belli causa et initiis cognoscere nimio opere cupientes, quandoquidem is prope castra haberet, quosdam eum percunctatum mittendos statuerunt, ut quod volebant, exploret discerent. Mittunt igitur duos, Minorum instituti monachos, ceteroqui prudentes et Latinis litteris excultissimos et in Aristotelea philosophia exercitatissimos. Horum unus erat Sabaudus, paterna cognatione Annae imperatrici iunctus, monachorum minorum antistes. Quapropter et tum ab homophylis ad imperatorem missus est, ut originem belli accurate indagaret, et ratione propinquitatis cum imperatrice non modo imperatori nihil concederet, sed etiam contradiceret, quantumque posset, eum refelleret. Alter tantum ut huius indagationis auscultator ac testis veniebat, ne postea socius imperatori gratificatus, veritatem celaret. Ingressi igitur castra, se eius conveniendi et alloquendi causa, quando tam prope tenderet, advenisse dixerunt. Potissimum autem idcirco venisse, quod diu iam bello hoc inter Romanos durante, et vastatis quotidie urbibus inter se dissidentibus, reliquaque regione a Romanis et barbaris praedatoribus, qui pluribus et irreparabilibus eam detrimentis affe-

A. C. 1345 οὐδεμία ἐξευρίσκειται, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἔξεστι τάληθές μαθεῖν, ὅθεν τε ἤρξατο ὁ πόλεμος τὸ πρῶτον καὶ τίνων τῶν αἰτίων οὐπω μέχρι νῦν καταλυθῆναι ἠδυνήθη, ἀλλ' οὕτως ἔπεισι
C πάντα ὡσπερ φλόξ καταναλίσκων. καίτοι γε ἀκηκοέναι ἐκ πολλῶν, ἄλλων ἄλλως ὡς ἕκαστος ἀπεχθείας ἢ εὐνοίας πρὸς ἡμᾶς τοὺς βασιλέας ἔχουσι διηγουμένων· οἷς οὐ δίκαιον πιστεύειν κεκριέναι, τοῖς σφετέροις αὐτῶν πάθει συμμεταβάλλεσθαι ἀξιοῦσι καὶ τὰ πράγματα, διὸ καὶ δεῖσθαι μάλιστα αὐτοῦ αὐτὸν ἐξηγήσασθαι, ὡς ἔσχεν ἕκαστα σαφέστατά τε εἰδότα τῶν ἄλλων μᾶλλον καὶ τάληθές οὐ βουλευσόμενον ἀπο-10 κρούπειν, οἷα δὴ ἀληθείας τε ἐχόμενον, ὡσπερ ἀκούομεν, ἐξασοχῆς, ἄλλως τε καὶ πολλῶν ὄντων τῶν δυνησομένων ἀπε-
Dλέγχειν, ἂν φαίνηται μὴ λέγειν ἡρημένος τάληθῆ. βασιλεὺς δὲ οὐ τοῦ παρ' αὐτὸν ἀφ᾽ ἔχθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς αἰτήσεως ἐπῆγει καὶ χάριτας οὐ τὰς τυχοῦσας ὠμολόγει. πάλαι¹⁵ γὰρ ἔφασκεν ἐπιθυμεῖν τῶν πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ πρὸς ἔριν καὶ φιλονεικίαν ἀκούειν βουλευσομένων. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις οἷς ἐπῆνεγκεν ὁ πόλεμος αὐτῷ κακοῖς καὶ τοῦτο τῶν ἐπαχθῶν ἠγεῖσθαι, τὸ μηδέποτε συνειπῶν τινων ἀκροατῶν τυχεῖν, οἳ δικάσουσιν αὐτῷ περὶ τοῦδε τοῦ πολέμου. νυνὶ δὲ²⁰ αὐτοῖς κατὰ τύχην ἀφιγμένοις παρέχεσθαι τε δεομένοις, ὧν αὐτὸς τυχεῖν ἐν μεγίστης εὐχῆς ἦγε μέρος, ἄλλως τε καὶ δυναμένοις τόπον δικαστῶν κατέχειν παρ' αὐτῷ, οὐ μόνον

cissent, multisque assidue captis et interemptis, nullus adhuc malorum finis appareat: neque hoc saltem vere cognoscere liceat, unde bellum primum coeperit, et quas ob causas usque hodie sedari nequiverit, sed non secus quam furens flamma omnia pervadat et absumat. Et quamquam ex aliis multis aliter audierint, ut quisque aut bene aut male in imperatorem animatus est, tamen iis credendum non censuisse, qui, quomodo ipsi sensus et cogitationes suas mutant, sic etiam res mutari debere opinantur. Quare se rogare magnopere, ut ipse memoret, quo pacto singula se habuerint, qui ea prae omnibus certissimo norit, et veritatem occultare nolet, utpote eiusdem inde a puero, sicut acceperint, tenacissimus: idque eo minus, quod extent plurimi, qui vera subticentem possint redarguere. Imperator non de adventu tantummodo, sed etiam de petitione eos laudat, gratiasque magnas agit, affirmans, pridem optasse tales sibi contingere, qui ad veritatem, non ad litem et altercationem audire vellent. Praeter alia quippe mala, quae sibi bellum hoc inflixerit, et hoc molestum accidisse, quod nondum viros aliquos prudentes invenerit, qui iustam de armis istis sententiam pronuntiarent. Nunc ipsis improviso advenientibus et rem exponi rogantibus, quos ipse nancisci votis summis optaverit, et qui insuper apud se non solum ob eruditionem atque prudentiam

διὰ τὴν σοφίαν καὶ τὴν σύνεσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπ' αὐτῷ τού- A.C. 1345
 τῷ ἤκοιεν, ἵν' ἐκ τῶν λεγομένων τάληθῃ περὶ τοῦ πολέμου P.635
 γνοῖεν, ἡδισταί τε ἅπαντα αὐτὸν ἐκθήσεσθαι καὶ χάριν εἰ-
 δήσειν τῆς αἰτήσεως. ἐδεῖτό τε αὐτῶν, μηδὲν ὑποστειλαμένους
 5 ἔξελέγχειν, ἃν φαίνηται ἐπιπορκῶν καὶ ἀδικῶν καὶ ἢ τοῖς βα-
 σιλέως παισὶ τοῦ φίλου ἐπιβουλεύων, ἢ τοῦ πολέμου αἴτιος
 καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀμυθῆτου φθορᾶς γεγενημένος. ἀρξάμε-
 νός τε ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς διηγείτο ἕκαστα, τὴν τε αὐτοῦ καὶ
 βασιλέως Ἀνδρονίκου εὐνοίαν καὶ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ἀκρι-
 10 βῆ, καὶ ὡς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν πολλὴν πρόνοιαν
 αὐτὸς ποιήσαιο, οὐ τῶν βασιλέως μόνον παιδῶν καὶ γυναι- V. 508
 κὸς τῆς βασιλίδος, ἀλλὰ καὶ τῆς Ῥωμαίων ὠφελείας, οὐ χρή- B
 ματα μόνον ἔτοιμος ὑπὲρ ἐκείνων ἀναλίσκεν ὦν, ἀλλὰ καὶ
 ζῶν τὴν φίλην, εἰ καιρὸς καλοίη, ῥᾶστα προησόμενος: ὅπως
 15 τε ὑπὸ παρακοιμωμένον ἐπιβουλευθείη οὐδεμιᾶς αἰτίας ἔνε-
 κα, ἢ φθονήσαντος αὐτῷ καὶ φθείρειν διανοηθέντος, ἵν' αὐ-
 τὸς ἀρχὴ τῶν πραγμάτων· καὶ ὡς πατριάρχην καὶ τοὺς ἄλ-
 λους ἔξαπατήσειε, ψεύδη πλασάμενος καὶ συκοφαντίας, ἃ
 οὐδὲ ἐνεθυμήθη· καὶ ὡς ἐκεῖνοι τῶν ἰδίων ἔνεκα, ὡς ὄντο,
 20 διαφορῶν, σαφέστατα εἰδότες, ὅτι ψεύδονται καὶ συκοφαντοῦ-
 σιν, ὑπὲρ βασιλίδος δῆθεν καὶ τῶν παιδῶν τὸν πόλεμον κι-
 νοῦσεν πολλὰ ἔξαπατήσαντες· καὶ οἷαν ἀγνωμοσύνην καὶ ἀπαν-
 θρωπίαν οὐ περὶ αὐτὸν μόνον καὶ μητέρα καὶ τοὺς οἰκείους
 ἐπιδείξαιτο, ὑβρεσιν ἀτόποις καὶ φανύλοις προσηκούσαις C
 7. γεγενημένους P. 24. προσήκουσι P.

iudicum munere fungi possint: sed ob id ipsum venerint, ut ex
 eius ore veritatem de hoc bello perciperent, libentissime omnia
 explicaturum et petitionem hanc in memoria habiturum. Orabat
 simul, ne se reprehendere vererentur, si se aut peierasse, aut
 iniurium fuisse, aut imperatoris amici filiis insidias composuisse,
 aut bello commoto calamitates inexplicabiles invexisse deprehende-
 rent. Exorsus igitur a principio, ordine singula recensuit, quam
 perfecte ipse et Andronicus inter se dilexissent: et quomodo eo
 mortuo non liberi solum et coniux et res publica tantae sibi curae
 fuerint, ut eorum causa non modo pecuniam, sed, si opus foret,
 vitam quoque impendere paratus esset: quomodo item praefecti cu-
 biculi insidias immerito perpessus sit, qui ex invidia necem sibi
 parare quaesierit, ut ipse rerum principatum obtineret: quo etiam
 pacto commentis ac sycophantiis suis, imponendo sibi, quod nun-
 quam cogitarat, patriarcham aliosque deceperit: qua ratione illi,
 quamvis se mentiri et calumniari scirent manifestissime, verbo pro
 imperatrice et filiis eius, re ipsa pro commodis suis (ut putabant)
 multa cum fallacia bellum concitarint: quamque improbi et inhu-

- A.C. 1345 καὶ ἀνελευθέρους χρησάμενοι ἀνθρώποις, καὶ τὸν οὐδ' ἐν ἔσχατιαῖς γῆς ἀγνοούμενον αὐτοῦ πλοῦτον εἰς ἀξιοχρεων οὐδέν, ἀλλ' εἰκῆ καὶ μίτην διαφθείραντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς φίλους καὶ τοὺς ὁπωσδήποτε ἐπιτηδείους· καὶ ὄσους αὐτῶν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἐν δεσμοτηρίοις ἔχουσιν ἄχρι 5 νῦν, μεγάλην δυσπραγίαν καὶ δεσμοῖς ἀφύκτοις προσταλαιπωροῦντας· καὶ ὡς κοινοὶ πολέμοι φανεῖεν αὐτοῦ τε καὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἀρίστων πάντων, οὐ μόνον ὅσον ἐν εὐγενείῳ ἦν, ἀλλὰ καὶ μονάζουσι καὶ ἐπισκόποις, ἔτι δὲ καὶ στρατιώταις καὶ τοῖς τῶν πολιτειῶν ἐκάστης πόλεως προέχουσιν. 10
- D ὧν δὴ πάντων ἔφασκεν αὐτοῦ διὰ τὴν περισχοῦσαν τοὺς Ῥωμαίους συμφορὰν ἀμνημονοῦντος καὶ τιθεμένου παρ' οὐδέν, καὶ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δις καὶ τρίς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις τοσαυτάκις ἔξαρχῆς τε εὐθύς καὶ μέχρι νῦν πρεσβείας ποιουμένου καὶ δεομένου περὶ εἰρήνης, οὐ μόνον ἐπιεικὲς οὐδέν 15 ἀποκρίνασθαι ἐκείνους, ἀλλὰ τοὺς τε πρέσβεις αἰκίζεσθαι καὶ ἀτιμοῦν καὶ δεσμοῖς κατέχειν, καὶ αὐτοῦ πολλὰς καταχέειν ὕβρεις καὶ διὰ τοιούτων τὰς ἀπολογίας ποιῆσθαι πρὸς τοὺς πρέσβεις, πάντα μᾶλλον ἀνεκτὰ ἡγουμένους, ἢ περὶ εἰρήνης διαλέγεσθαι ἢ ἀκούειν. τῆς τε βαρβαρικῆς πρὸς τοὺς 20 ὁμοφύλους, ἔφασκεν, ἐπαγωγῆς οὐκ ἐκείνον ἤρχθαι, ἀλλ' αὐτούς, πρώτους ἐπ' αὐτὸν ἐπενεγκόντας· καὶ οὐ μόνον τούτου
- P.636 ἔνεκα, ἀλλὰ καὶ τρόποις ἑτέροις χρῆσθαι τοῖς βαρβάροις καταναγκάζοντας. χρήματα γὰρ ἐκείνοι παρεχόμενοι καὶ πόλεις

18. πρὸς τὰς πρεσβείας M.

mani cum in se, tum in matrem suam et propinquos extiterint, iniuriis eos insolenter, illiberaliter et nefarie exagitantes, et divitias suas per ultimas mundi gentes auditas, ad nullum operae pretium temereque consumpserint: sed et amicorum et quoquo modo sibi deditorum quot occiderint, et quot usque nunc dirissime et vinculis insolubilibus maceratos in custodia detineant: et quomodo communes inimici fuerint, tum sui, tum optimatis cuiusque Romani: nec solum nobilium, sed et monachorum et episcoporum et militum, et in quaque re publica excellentium. Quae omnia propter praesentes Romanorum miserias oblitus sit ac pro nihilo putarit, pacemque non semel aut iterum ac tertio, sed saepissime, mox a principio usque nunc per legatos petiverit. Illos non modo nihil aequitati consentaneum respondisse, verum legatos insuper verberibus pulsasse et ignominiose tractasse; in se autem plaustris conviciorum invectos, isto potius modo ad legationem respondisse: nihil non patiendum prius, quam de pace loquendum audiendumve arbitantes. Quod autem barbaros adversus nationem suam induxisset, ita se tuebatur, non se coepisse; illos adversum se prius induxisse: nec isto tantum, sed et aliis modis barbarorum ope uti

προϊέμενοι καὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν μεγάλων καὶ θαναμα- A.C. 1345
 σίων τινῶν ἀποστεροῦντες, οὗ Κράλην μόνον ἔπεισαν τὸν Τρι-
 βαλῶν δυνάστην, ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα Μυσῶν
 αὐτῷ πολεμίους εἶναι, ἕκαστον καθ' ἑαυτὸν ἀξιόχρεον πρὸς
 5μάχην ὄντα σύμπασιν ὁμοῦ Ῥωμαίοις, ὑφ' ὧν πρὸς ἀνάγκην
 καὶ αὐτὸν συναλαυνόμενον, τῇ συμμαχίᾳ χρῆσθαι τῇ βαρβα-
 ρικῇ, ἄλλως τε σαφῶς εἰδότα, ὡς εἰ ἀπόσοιτο αὐτὸς, ἐκει-
 νους χρησομένους ἐπ' αὐτόν. οὐ γὰρ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ἐ-
 κείνους μὴ χρῆσθαι τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ πείθειν B
 10δύνασθαι μᾶλλον ἐκείνῳ αἰρουμένους συμμαχεῖν. οὐπο γὰρ
 χθῆς καὶ πρῶν πρὸς Ὀρχάνην τὸν Πέρσην πρεσβεῖαν πεποι-
 ημένοι, ἐδέοντο σφίσι συμμαχεῖν, πολλὰ ἐπαγγελόμενοι πα-
 ρέξειν χρήματα. τὸν δὲ μᾶλλον ἐλέσθαι τὸ ἐκείνῳ προῖκα
 συμμαχεῖν, ἢ πολλὰ παρ' ἐκείνων χρήματα λαμβάνειν. οὐ
 15μὴν ἀλλὰ καὶ πρότερον ὀλίγῳ τὸν Ἀσάνην Ἰσαάκιον τὸν παν-
 υπερέβαστον πρὸς Σουλιμᾶν τὸν Καρασῆ Φρυγίας σατρά-
 πην ἀφικέσθαι καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ χρήματα πολλὰ λαβόντα
 συμμαχεῖν ἐπ' ἐκείνον. τὸν δὲ μηδὲ αὐτὸν πεπεῖσθαι. καὶ
 αὐτίς τὸν παρακοιμώμενον τῆς αὐτῆς ἔνεκα αἰτίας ἐπὶ τὸν
 20αὐτὸν ἔλθειν. τὸν δὲ τοσοῦτον δεῖσαι πείθεσθαι αὐτῷ, V.509
 ὥστ' οὐδὲ θεῖος γοῦν ψιλῆς ἤξιωκέναι. ἐκείνη μὲν οὖν ἡ ἡ- C
 μέρα καὶ οὐκ ὀλίγον τῆς νυκτὸς καὶ ἡ ἐπιούσα ἡμέρα καὶ
 νῦξ ὁμοίως ἀνάλωτο ἐν τοῖς τοιούτοις, βασιλέως μὲν τὰ κατ'

1. μεγάλην P. 4. ἀξιόχρεον P.

coegisse. Nam illos data pecunia et urbibus propinatis et Ro-
 mano imperio ingentibus et admirandis quibusdam bonis spoliato,
 non Cralem dumtaxat Triballorum principem, sed et Alexandrum
 Moesorum regem, utrumvis per se universis Romanis simul parem
 permovisse, ut sibi hostes fierent. Hinc se quoque coactum barba-
 ricum invocare auxilium: cum praesertim sciret, illos adversum se
 eo usuros, si ipse uti noluisset. Non enim nunc ideo barbarorum
 opera eos non uti, quia nolint: sed quod iis Cantacuzeno militare
 malentibus, societatem persuadere nequeant. Recentissime enim
 ad Orchanem Persam legationem misisse, oravisseque suppetias,
 pecuniam praegransdem pollicentes. Verum ipsum sibi gratis, quam
 illis immani mercede socium esse praeligere. Neque istuc solum,
 quin et paulo ante Isaacium Asanem Panhypersebastum ad Sulima-
 num Cerasae Phrygiae satrapam rogatum abiisse, ut accepto ingenti
 pretio sibi contra Cantacuzenum ferret subsidium. Nec hunc flexum
 esse. Ad quem praefectus cubiculi eadem de causa profectus sit,
 tantumque abfuisse, ut se exorari pateretur, ut ne in conspectum
 quidem illum admiserit. His sermonibus dies illa et plerumque
 noctis cum luce ac nocte sequentibus consumpta sunt, imperatore
 quidem narrante probauteque, se ad arma necessitate adactum: La-

A.C. 1345 αὐτὸν διηγούμενον καὶ ἀποδεικνύντος ἑαυτὸν, ἀνάγκη πρὸς τὸν πόλεμον φερόμενον, τῶν Λατίνων δὲ ἀντιλεγόντων ἐπ' ἐνόιis καὶ ἃ οἱ ἐν Βυζαντίῳ ἐγκαλοῦσιν ἐπαγόντων καὶ γυμναζόντων ὡς μάλιστα τὸν λόγον, ἵνα τάληθῆς μὴ διαδραῖναι δυνηθεῖη.

D πγ'. Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῶν περὶ τούτων λόγων, 5 ὁ τῶν μενουρίων ἡγούμενος Ἀρῆγος ὠνομασμένος, δίκαιον, εἶπε, τὸν ὀρθῶς βιοῦν προηρημένον καὶ ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης καὶ ὀλίγον γοῦν πεποιημένον λόγον, μηδέποτε καταψηφίζεσθαι μηδενός, πρὶν ἢ αὐτοῦ περὶ τῶν κατηγορουμένων τὴν ἀπολογίαὶν ἐγγένηται ἀκούειν ποιουμένου. καὶ ὁ τῶν πα-10

P.637 λαιῶν τις βασιλέων ἔφρασκε, τὸ δεῖν τὴν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀκεραίαν μάλιστα τῇ κατηγορουμένῃ διασῶζειν, τοῦθ' ἡγεῖσθαι εἶναι κοινὸν παρ' ἀγγέλμα ἀνθρώποις τὰ μέγιστα λυσιτελοῦν κατὰ τὸν βίον. ἐγὼ γάρ σου πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορούντων τινῶν ἀκηκῶς, ὅτι τε τῆς θανμαστῆς ἐκείνης βα-15 σιλέως πρὸς σὲ φιλίας ἀμνημονήσας, ἐπεβούλευσας μηδὲν ἀδικοῦσι τοῖς παισὶ, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἄγων αὐτὸς ἡγεμονίαν ἐν ἰδιώτου σχήματι, οὐκ ἐνόμισας τὴν δόξαν ἔξαρχεῖν, εἰ μὴ ἐκείνους ἀποκτείνας τὸ κράτος ἅπαν περιστήσεις εἰς σεαυτὸν, καὶ ὡς πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων πρὸς τὴν ἐπι-20 χείρησιν ἐναντίων γενομένων, ἐκμανεῖς πρὸς τὴν ἀποτυχίαν, Β τὸν τε πόλεμον κελίνηκας τουτονὶ καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπήγαγες Ῥωμαίους, καὶ τὴν εἰρήνην οὐδ' ἄκροισ καταδέχη τοῖς ὡσιν, ἀλλ' ὅτι μὴ εὐθὺς ἔξαρχῆς ὑπέϊξαν δουλωθέντες, πάντα

2. ὑπ' P., ἐπ' M. 3. ἐν om. P. 5. τὸ om. P. 8. ὀλίγου P.

tinis ad quaedam occurrentibus et quae Byzantii in crimen vocarent, producentibus, deditaque opera facundioribus, ut liquidius veritas comperiretur.

83. Hoc colloquio finito, Minorum rector Aregus nomine, Aequum est, inquit, eum qui sibi vitam cum virtute coniunctam proposuit, cuique veritatis et iustitiae vel modica cura est, nunquam prius ullum condemnare, quam eius ad obiecta responsionem audierit. Et quidam de vetustis regibus aiebat, alteram aurem reo integram servare oportere. Quod ego mortalibus in commune praeceptum et vitae humanae imprimis conducibile opinor. Nam cum multa et pessimi exempli tibi obiiciantur: quod nimirum admirabilis illius amicitiae, quae tibi cum imperatore fuit, oblitus, filiis eius, a quibus nunquam violatus es, insidias feceris: et cum Romanum imperium privati habitu administras, id tibi ad gloriam sufficere non putaris, nisi illis interemptis, totum ad te attraheres: quodque patriarcha et aliis conatui tuo adversantibus, propter repulsam insanus et bellum hoc texueris et barbaros in fines Romanos induxeris et de pace ne audire quidem verbum sustinueris; sed quia non statim ab initio cedentes se tibi subiecerint, omnia ever-

ἀνατρέπειν καὶ διαφθείρειν ἔγνωσ, καὶ τῶν φόνων καὶ τῶν A.C. 1345
 ἀνδραποδισμῶν οὐδένα ποιῆ λόγον, οὕτως ἐκπεπολέμωμαι
 καὶ αὐτὸς καὶ πρὸς τοσοῦτον ἔχθος ἐξηγόμεν, ὥσθ' ἠδέως
 ἂν εἴ τις ἀπεσφάττειν ἠδυνήθη, τὴν χεῖρα κατεφίλουν καὶ
 5 πολλῶν σωτήρα καὶ εὐεργέτην ἂν ἐνόμιζον, οὐ μόνον διὰ
 τὴν γεγενημένην ὑπὸ τοῦ πολέμου φθορὰν ἐν τοσοῦτῳ χρόνῳ
 καὶ τὴν μεγάλην κακοπραγίαν τῶν Ῥωμαίων, ἧς αἰτιώτατον
 εἶναι ὑπελάμβανον, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸς ἐκ Σαβωΐας ὢν τῆς C
 πατρίδας ἀρχῆς τῆ βασιλίδι, φίλτρον τι τρέφω πρὸς τοὺς
 10 ἐκείνης παιῖδας διὰ τὴν ἐκ τοῦ γένους κοινωσίαν, καὶ πρὸς
 τὴν κακοπραγίαν καὶ αὐτὸς συνάχθομαι. καίτοι γε οὐ παρὰ
 τῶν φίλων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μάλιστα σοι πολεμούντων
 πολλοὺς καὶ θανμασίους ἐπαίνους ἤκουον διεξιόντων. καὶ
 τὴν τε φύσιν ὡς θανμασίαν καὶ τὴν ἄσκησιν ἐξαιρόντων
 15 τὴν πρὸς τὰ καλὰ, ὡς πολλῶ τῷ μέσῳ τοὺς ἄλλους ὑπερβέ-
 βληκε Ῥωμαίους, οἷς οὐκ ἐνόμιζον προσέχειν δεῖν, τοῖς μὲν
 διὰ φιλίαν, τοῖς δὲ δι' ἔχθραν ἀμφοτέροις ψευδομένοις.
 ἔστι γὰρ ὅτε καὶ αὐτοὶ οἱ πολεμοῦντες αὐΐξουσι τοῖς ἐγ- V. 510
 κωμίσι τοὺς ἐχθροὺς, ἴν' ἢ ἠττηθέντες ὑπὸ μεγάλων, ἢ
 20 νοικήσαντες, μέγιστα δόξωσι κατωρθωκέναί. νυνὶ δέ μοι τοι-
 ναντίον ἅπαν περιέστη. τοῖς τε γὰρ ἐγκωμιάζουσιν ἐκείνοις D
 οὐκ ὀλίγα μέμφομαι, ὡς τὸ πολὺ συγκρούπτουσι τῶν ἀγα-
 θῶν, καὶ ἐμαντῶ τῆς ἀκρισίας. καὶ δὴ μεταβαλὼν ἀντι-
 ἔχθροῦ καὶ κατηγοροῦ τῶν τε μάλιστα γεγένημαι φιλούντων,

tere ac disperdere constitueris et caedes servitutesque nihili pendas : his omnibus cognitis, tam hostili odio tui incensus sum, ut multorum servatorem ac de re publica bene meritum existimaturus eidemque manum osculaturus fuerim, qui te iugulare potuisset: non solum propter cladem ac pestem tanto belli tempore Romanis importatam, cuius te primigeniam causam credebant, sed quod et ipse, cum Sabaudus sim, e paterno scilicet principatu imperatricis, ob communionem generis, ipsam et eius liberis amo eorumque infortunis similiter doleo. Tametsi non ab amicis tuis tantum, sed et infestissimis hostibus multas eximiasque laudes tuas audivi, cum et naturae praestantiam et honestarum rerum exercitationem, quibus Romanis universis longo intervallo anteires, in te extollerent. Quibus nihilo minus ideo non sum assensus, quod utrosque, et illos ex amore et istos ex odio mentiri existimarem. Est enim quando et hostes hostibus illustre praeconium impertiunt, ut aut victi a magnis, aut victores magnorum beati ac felices habeantur. Nunc mihi prorsus contra contigit: nam et illis laudantibus non mediocriter succenseo, tam multa quae in te sunt bona tacentibus: et mihi imperitiam temeritatemque iudicii exprobro. Et iam immu-

- A.C. 1345 καὶ πολλῶν καὶ θαυμασιῶν τῶν ἐπαινῶν κρίνων ἄξιον, οὐ παρὰ Ῥωμαίους διατρίβων, ἀλλὰ καὶ γενόμενος εἰς Ἰταλίαν, ὡσπερ μετ' ὀλίγον οἶμαι, τὴν προσοῦσαν μεγαλοφυΐαν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην καὶ τὴν ἐπιτηδειότητα πρὸς τὰ καλὰ κηρύξω πᾶσι φανερώς. περὶ μὲν οὖν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον⁵ ἀπάντων ὡς εὐθὺς ἔξαρχῆς ἄχρι νῦν οὐδεμίαν πρόφασιν
- P. 638 αὐτὸς παρέσχες, ἀλλ' ἄκων ἐπὶ ταῦτα πρὸς τῶν πολεμουμένων συνωθῆ, πέπεισμαί τε ἀκριβῶς, καὶ πρὸς ἄλλους ὑπὲρ σοῦ διαλεχθεῖν ἂν αὐτός. ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἐκέλευσας περὶ πάντων, ὧν ἂν θέλομεν, πνιθάνεσθαί σου ἀδεῶς, τί περὶ τῆς εἰρήνης¹⁰ νῦν διανοῆ; ἂρ' ἐτοίμως ἔχεις πρὸς αὐτὴν, εἴ τις ἐπιεικὺς ἀπολογίας τύχοις, ἢ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην παντάπασιν ἀπέγνως πρὸς τὰς διαλύσεις καὶ αὐτός;" βασιλεὺς δὲ αὐτὸν τῆς τε παρθήσιας ἐπαινέσας καὶ τῆς περὶ τὰ πράγματα ἀδόλου διαίτης καὶ δικαίας, καὶ ἀντιφιλεῖν αὐτὸν καὶ¹⁵ αὐτὸς εἰπὼν διὰ τὴν προσοῦσαν σύνεσιν καὶ τὴν εὐφυΐαν τὴν πρὸς τὰ καλὰ, εἶτα ἀπεκρίνατο καὶ περὶ τῆς εἰρήνης, ὡς
- B ἐπ' ἐκείνοις εἶη τοῖς πολεμοῦσι καὶ ἡ τοῦ πολέμου καὶ ἡ τῆς εἰρήνης αἴρεσις. αὐτὸν τε γὰρ συνθήσεσθαι ῥᾶστα πρὸς τὰς διαλύσεις, ἂν ἐθέλωσιν ἐκεῖνοι, καὶ πολεμήσειν κατὰ δύναμιν,²⁰ ἂν ἐκεῖνοι τὰ δίκαια μὴ θέλωσι ποιεῖν. ἐκεῖνοι γὰρ πρότεροι πολέμου ἤρξαν διαβαλόντες καὶ συκοφαντήσαντες, καὶ τὴν τε μητέρα ὀλίγου δεῖν ἀπέκτειναν αὐτοχειρίᾳ, ἐν δε-
18. ἢ alterum add. M.

tatus, ex inimico et accusatore evasi amicissimus, teque praeclaris dignum laudibus iudico: nec solum quamdiu apud Romanos sum, sed in Italia quoque, quo brevi me profecturum opinor, altitudinem et aequitatem animi tui, et ad res egregias naturam idoneam apud omnes palam depraedicabo. Quod igitur ad bellum attinet, a principio hucusque nullam penitus causam ipse praebuisti, sed invitus ab hostibus ad arma compulsus es: quod mihi plane persuadeo, et id apud alios pro te confiteri non dubitabo. Quia vero de omnibus quae vellemus libere interrogari te iussisti, quis est quaeso tuus nunc de pace sensus? an si illi aequum respondeant, prompte eam coles? an eorum improbitas facit, ut pacificationis spem omnem repudies? Imperator libertatem viri integrumque ac verum de rebus iudicium laudans, et se propter prudentiam et ingenium ad virtutem natum redamare illum testificans, respondet, belli et pacis electionem in arbitrio bellantium consistere. Nam se quidem facillime ad compositionem consensurum, si ipsis lubeat: et pugnaturum pro viribus, si iidem ius fasque contempserint. Ipsos quippe calumniis et mendaciis indulgentes, bellum orsos, matremque suam in carcere aegrotantem nulla cura dignatos, tantum non suamet manu occidisse: et filium duodennem, qui nihil in eos

σμηνηρίῳ νοσοῦσαν προνοίας ἀξιόσαντες μηδεμιᾶς, καὶ τὸν A.C. 1345
 υἱὸν οὐπω δώδεκα ἔτη γεγονότα καὶ μηδὲν αὐτοῦς ἡδικηκό-
 τα, διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ ἀπέχθειαν ὑπὸ δεσμοῖς κατέστησαν
 τοσοῦτον χρόνον, καὶ τοὺς φίλους ἅπαντας διέφθειραν καὶ
 5 τοὺς οἰκείους, καὶ οὐδὲν ἀπέλιπον παροιτίας, οὐδὲ ὕβρεως.
 ἐγὼ γὰρ λέγειν τὴν τοσοῦτου πλοῦτου διαρπαγὴν ἐμοῦ τε καὶ C
 τῶν συγγενῶν, οὓς ἔδει, τοσαύτην κακίαν συνειδότας ἑαυτοῖς
 καὶ ὡς τῆς ἀμυθῆτου φθορᾶς Ῥωμαίων αἰτιώτατοι γεγένη-
 ται, ἔλεον τῶν ὁσημέραι διὰ τὴν αὐτῶν κακίαν καὶ μοχθη-
 10 ρίαν λαβόντας κτεινομένων, πρώτους τῇ εἰρήνῃ προσδραμεῖν
 καὶ τὸν πόλεμον σπουδάζειν καταλύειν. ἐπεὶ δ' ἐκείνοις οὐ-
 δενὸς ἐτέρου μέλει, ἢ τοῦ τῶν πραγμάτων μόνον ἄρχειν, ἂν
 τινα περιλειφθῶσι, τῶν δ' ἀρχομένων οὐδεμίαν πρόνοιαν ποι-
 οῦνται, ὥσπερ ἔξαρχῆς αὐτὸς ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας
 15 πάντα ἐπραγματευόμεν, οὕτω καὶ νῦν, ἃ πᾶσι μέλλει κοινῇ
 συνοίσειν, πάντα ἐρῶ. ἐξέσται δὲ αὐτοῖς, ἢ αἰρεῖσθαι τὰ
 βελτίω, ἂν πρόνοιάν τινα ποιῶνται τοῦ κοινοῦ, ἢ τὸν πόλε- D
 μον ἀσπάξασθαι, ἂν τῶν ἄλλων πάντων, ἃ νομίζουσιν αὐτοῖς
 ἰδίᾳ διαφέρειν, προτιμῶσι. φημὶ τοίνυν, ὡς ἐὰν μὲν ἐθελή-
 20 σωσι βασιλέα δέχεσθαι καὶ τοῖς παισὶ συνάρχοντα βασιλέ-
 ως, οὐδ' αὐτὸν πολυπραγμονήσειν μηδὲν περὶ τῶν κατὰ
 τὸν πόλεμον γεγενημένων, ἀλλ' ἀμνηστίαν τε αὐτοῖς παρέξειν
 τῶν κακῶν, καὶ τῶν ἠρπασμένων μηδενὸς ἀποστερήσειν, ἂν
 τε τῶν οἰκείων ὧσιν ἢ τῶν φίλων ἢ τῶν συγγενῶν. ἔτι

peccaverat, odio patris tamdiu in vinculis retinuisse, et amicos ac propinquos omnes sustulisse, quamque potuerint, petulantissime et contumeliosissime se gessisse. Taceo enim, inquit, tantarum opum et mearum et cognatorum direptionem. Quos oportebat tantorum scelerum conscientia stimulatos, et Romanos ob calamitates incredibiles, eorum opera illatas, (propter quorum nequitiam et improbitatem quotidie trucidantur) miseratos, primos pacem amplecti et studere bellum dissiicere. Quoniam autem aliud non cogitant, quam ut soli rerum dominantur, (si modo aliquid rerum relictum est.) subditosque nullo loco ducunt, ego quemadmodum inde a primordio ad communem salutem omne meum studium laboremque contuli: sic et nunc, quae omnibus profutura sint, omnia edicam. E quibus licebit illis aut meliora eligere, si universitati consultum velint: aut bellum accipere, si id privatis utilitatibus suis omnibus anteponendum sentiunt. Aio itaque, si voluerint me imperatorem et filiorum defuncti collegam pati, non sollicite inquisitorum in ea, quae bello praeterito commissa sunt: sed iniurias oblivione sempiterna deleturum, et spoliis suis ac praeda nullum privaturum: sive ea familiarium, sive amicorum, sive cognatorum

A.C. 1345 τε οὐδ' ὦν αὐτοῖς ἡ βασιλὶς παρέσχετο κατὰ τὸν τοῦ πολέ-
 μου χρόνον, οὔτε τῶν τιμῶν, ἂν δοκῶσι παρ' ἀξίαν, οὔτε
 P. 639 τῶν κτήσεων, εἴτε ἐκ τῶν δημοσίων ἦσαν, ἢ τῶν ἐμοὶ προσ-
 V. 511 ηκουσῶν· ἀλλὰ πάντα στέργειν καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς μη-
 δέποτε βλάβην ἐπάγειν, ἀμννόμενον τῶν κατὰ τὸν πόλεμον⁵
 κακῶν. εἰ δὲ τοῦτ' αὐτοῖς μήτε δίκαιον εἶναι φαίνεται, μήτε
 ἀνεκτὸν, πάντα ἐπιτρέψομεν τῇ δίκῃ. χρήσομαι δὲ οὐχ ἐτέ-
 ροις δικασταῖς τισιν, ἀλλ' αὐτῇ βασιλίδι καὶ πατριάρχῃ καὶ
 τῶν τε μοναχῶν καὶ ἐπισκόπων τοῖς λογάσι καὶ τῶν Ῥωμαί-
 ων, εἴ τινες ἔτι κατελείφθησαν, τοῖς ἀρίστοις, οὐ μὴν ἀλλὰ¹⁰
 καὶ τῶν ἑκασταχοῦ πολιτειῶν τοῖς συνειωτέροις. κὰν μὲν
 αὐτὸς ἀδικῶν καὶ ἐπιτοκῶν καὶ βασιλέως τοῖς παισὶ φαίνο-
 μαι ἐπιβουλεύων, ὥσπερ οὗτοι κατηγορήσαν, μηδεμίαν ἄλλην
 B εἶναι τῆς ἀδικίας τιμωρίαν, ἢ θάνατον ἄτιμον καὶ ἀκλεῖ.¹⁵
 εἰ δ' αὐτοὶ τὴν τοιαύτην καταδίκην παραιτοῦνται, ἀπηγῆς¹⁵
 εἶναι νομιζόντες ἀνθρώπου θάνατον καταψηφίζεσθαι, ἀλλ'
 αὐτὸς κατ' ἔμμαντοῦ, καὶ πρὶν γενέσθαι τὴν δίκην, κωρώσω
 τὴν ψῆφον, ἵν' αὐτοὶ μετὰ τὸ τοῖς ἀδικήμασιν ἀλῶναι μη-
 δεμίαν περὶ τῆς τιμωρίας μέμψιν ἔχωσιν. ἂν δ' αὐτοὶ τὰ-
 ναντία πάντα φαίνωνται, οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ, ἀλλὰ τῶν²⁰
 λεγομένων μαρτυρίας ἐναργεῖς ἐμοῦ παράγοντος, οὐ παρὰ
 τῶν ἡρημένων τὰ ἡμέτερα, ἵνα μὴ χαρίζεσθαι ἐμοὶ δοκῶ-
 σιν, ἀλλ' οἷς αὐτοὶ συνεργοῖς παρὰ πάντα τὸν πόλεμον ἐ-
 C χρωῶντο, μᾶλλον δὲ αὐτῆς βασιλίδος καὶ πατριάρχου τοῖς

fucri: neque ablaturum, quae ipsis bello ardente Augusta dona-
 verit, vel honores, si praeter dignitatem ac meritum collati vide-
 antur, vel possessiones, sive illae publicae erant, sive ad me pri-
 vatim pertinebant: verum aequi bonique facturum omnia: neque
 unquam cum eorum damno bellicas offensiones vindicaturum. Quod
 si hoc nec iustum, nec ferendum censuerint, totum negotium iudi-
 cio permissurum. Iudicibus autem aliis non utar, nisi ipsa impe-
 ratrice, patriarcha, monachis et delectis episcopis et Romanis, si
 qui supersunt, optimatibus: imo vero etiam cuiuscumque rei publi-
 cae viris prudentioribus. Et si quidem iniqtus, periurus et insidi-
 ator comperiar, quod isti dicitant, sceleribus meis non aliud sup-
 plicium, quam mortem ingloriam et infamem irrogari volo. Si hanc
 damnationem aversantur, crudele ducentes, in hominem sententiam
 capitalem ferre: at ego ipse ante iudicium atrum adversus me cal-
 culum dabo, ut ipsi, postquam convictus fuero, supplicii huius
 reprehensione vacent. Sin autem potius alia omnia constiterint, non
 me simpliciter ac temere affirmante, sed dicta mea evidentibus testi-
 moniis confirmante, non quidem petitis a mearum partium studiosis,
 (ne mihi gratificari existimentur,) verum ab illis, quos ipsi toto

πλείοσιν ἔμοι συμμαρτυρούντων, (οὐ γὰρ ἂν δύναίτο ἕξαρ-Α. C. 1345
 νοι γίνεσθαι πρὸς ἃ ἔμοι συνίσασι σαφῶς,) δίκαιον μὲν τοὺς
 σεσυκοφαντηκότας καὶ ἐπιβουλεύσαντας ἀδίκως καὶ τοσού-
 των κακῶν αἰτίους Ῥωμαίους γενομένους, τὰ ἴσα πάσχειν,
 5 ἂν ἤτιῳνται. ἐγὼ δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, κὰν τούτοις φι-
 λοτιμίαν τινὰ ἐπιδεικνύμενος, ἐμὲ μὲν ἠττώμενον τιμῶμαι
 ἀποθνήσκειν, ἂν δ' αὐτοὶ ἀλίσκωνται, μηδὲν ὑπομένειν ἀη-
 δὲς, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο μόνον συκοφάνται ἀποδείκνυσθαι, ἐμὲ
 10 δὲ μετὰ τὴν νίκην βασιλέα κοινῇ ἀνακηρύττεσθαι ὑπὸ Ῥω-
 μαίων καὶ συνάρχοντα βασιλέως τοῖς παισίν. εἰ δὲ τὸ βα-
 σιλικὴν ἐσθῆτα ἔχοντα δεδοίκασι πρὸς τὴν δίκην ἀπαντᾶν, D
 ἢ τὸ στρατιάν ἔχοντα ὑποπτεύουσιν εἰς Βυζάντιον ἔλθεῖν,
 ἐγὼ καὶ ταύτας ἴσομαι τὰς ἀπορίας. οὐ πλείους γὰρ ἔχων
 εἰσελεύσομαι τῶν δέκα, τὰ τε βασιλικά ἐπίσημα ἀποθέμενος
 15 ἰδιωτικὴν μεταμφιάσομαι σκευήν. τοῦ κοινῇ γὰρ ἔνεκα λυσι-
 τελοῦντος καὶ τοῦ Ῥωμαίου τῶν ἐκ τοῦ πολέμου δεινῶν
 ἀπαλλαγῆναι, οὓς ἐγὼ μάλιστα φιλῶ, κὰν οἱ συκοφάνται
 οὗτοι καὶ πρὸς τοῦτο διαβάλλωσι, μισεῖν φάσκοντες καὶ πο-
 λεμεῖν αὐτοῖς καὶ διαφθεῖρειν, οὐ μόνον τοιαῦτα, καὶ ἐπαχθέ-
 20 στερα δὲ πολλῶ προθύμως ὑπομένειν ἔγνωκα ἄλλως θ' ὅτι
 οὐδὲ πρὸς τὴν εὐδοξίαν ἔμοι τοῦτο οὐδ' ὀλίγα λυμανεῖται. P. 640
 ἂν μὲν γὰρ ἠττώμενος ἀποθνήσκω, οὐδεμίᾳ ὄνησις ἐκ τοῦ
 βασιλικῆν ἐσθῆτα ἔχειν περιέσται ἂν δὲ τῶν κατηγορούντων

18. διαβάλλουσι P.

bello adiutores habuerunt, immo vero ab ipsa imperatrice et patri-
 archa, qui cum pluribus mihi testes erunt, (non enim negare pote-
 runt, quae mihi perspicue commendaverint,) iustitiae consentaneum
 erit, ut qui criminationibus et insidiis nefarie me appetiverunt,
 easdem poenas suscipiant. Verumtamen ego quemadmodum in aliis,
 sic in his desiderio quodam gloriae me quidem causa cadentem
 morte multandum pronuntio: sin ipsi litem perdiderint, nihil eos
 molestum pati postulo, nisi hoc unum, ut sycophantae et crimina-
 tores cognoscantur: et me absolutum, imperatorem filiorumque
 defuncti collegam a Romanis palam proclamari. Sin autem vel cum
 veste imperatoria ad iudicium occursurum metuunt, vel cum exer-
 citu Byzantium ingressurum suspicantur, ego illos hoc angore libe-
 rabo. Nam positis insignibus imperatoris, ornatu privati, denis
 dumtaxat comitibus intrabo. Communis enim boni causa, et ut
 Romanos, qui mihi sunt carissimi, a belli detrimentis vindicem,
 (quamquam sycophantae isti et hic obtrectent dicantque, me ipso-
 rum hostem et perditorem esse,) non talia modo, sed longe etiam
 odiosiora alacriter decrevi sustinere, praesertim cum id celebritati
 meae nec tantillum nociturum sit. Si enim iudicio victus occidar,

A.C. 1345 κρείττων φαίνομαι, οὐδὲν λυπήσει τὸ ἀποθέσθαι πρὸς βρα-
 χύ, μέλλοντα ὀλίγω ὕστερον αὐθις ἀναλαμβάνειν μετὰ πλεί-
 ονος τῆς δόξης καὶ τῆς εὐφημίας καὶ τῆς ψήφου τῆς κοι-
 νῆς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ νυκτὸς ἐκάστης ἀποτιθέμενος ἐπὶ τῷ
 κατακλίεσθαι, οὐτ' ἀνίας, οὐτε ἀδοξίας αἰσθάνομαι τινος. 5
 διόπερ οὐδὲ νῦν περὶ τῆς σκευῆς μακρὸν ποιήσομαι τὸν λό-
 γον, ἀλλ' ὡς ἂν αὐτοῖς ἀρέσκη πράττειν ἔτοιμος ἐγώ. εἰ δὲ
 καθάπαξ ἀλόγους τῷ φθόνῳ καὶ τῷ ἔχθει τῷ πρὸς ἐμὲ, του-
 των μὲν οὐδὲν ἡγοῦνται ἔξαρκεῖν, οὐδὲ ἐπ' οὐδεμιᾷ προκλή-
 B σει βασιλέα δέχονται, ἀλλὰ καθάπαξ ἀπεγνωκάσι πρὸς τοῦ-10
 το καὶ πάντων μᾶλλον ἀπώλειαν καταψηφιζέσθαι αἰροῦν-
 ται, ἢ ἐμοὶ δουλεύειν ὑπομένειν, ἐκείνων μὲν οὐδένα λόγον
 ἐχορῆν ποιεῖσθαι οὕτω μαινομένων. τῆς δὲ κοινῆς τῶς ἄλλων
 σωτηρίας ἕνεκα, ἵνα μὴ δοκῶ καταπροΐεσθαι φιλοψυχῶν αὐ-
 V. 512 τὸς, ἔκοντι αἰροῦμαι ἀποθνήσκειν. οὐδὲ γὰρ ἀποδέει τούτου 15
 τὸ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενον, ὅσῃν ἔχω, καὶ τὰς πόλεις παρα-
 δόντα καὶ τὴν στρατιάν, αὐτὸν ἐν ἰδιώτου σχήματι ἀφα-
 νεία πολλῇ συζῆν ἐν γωνία παραβύσαντά τι. πλὴν οὐχ
 ἀπλῶς καὶ τοῦτο οὐδὲ λόγου τοῦ προσήκοντος ἔκτος, ὡς
 C δοκεῖν τοῖς τε Ῥωμαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι καὶ βαρ-20
 βάροις, ὅτι ἀδικῶν καὶ ἐπιτοκῶν καὶ μὴ δυνάμενος ἀντέ-
 χεῖν πρὸς τὸν πόλεμον, δείσας παρεχώρησα τῆς ἀρχῆς αὐ-
 τοῖς, τὸ ζῆν ἀκλεῶς τῆς μετ' εὐκλείας προτιμῆσας τελευτῆς·
 ἀλλὰ πρῶτον μὲν ψήφισμα βούλομαι γενέσθαι καὶ πρόγραμ-

nulla ad me ex imperatorio schemate redibit utilitas. Sin accusatores pessumdedero, nihil triste erit, eum ad breve tempus deposuisse, quem mox maiore cum honore et applausu omniumque suffragiis recepturus sim. Neque enim noctibus singulis, quando cubitum concedo, ex eius depositione aut tristitiam aut dedecus aliquod sentio. Idcirco nec modo super amictu plura loquar, paratus facere quod illis placuerit. Quodsi semel invidia et odio mei praepediti, horum nihil putant sufficere, neque ulla sponsione conditione me imperatorem esse sinunt, sed semel statuerunt me reiicere, perdereque omnia, quam mihi subesse malunt: etsi ita insanientes contemnere oportebat, tamen ne communem salutem studio vitae meae servandae neglexisse videar, mortem ultro eligo: nihilo enim minus est quam mori, deposito imperio quantum ego habeo, et urbibus exercituque traditis, privato habitu obscurum plane et in angulum quempiam se compingentem vivere. Ceterum non istuc absolute ac praeter rationem, ut scilicet a Romanis et Graecis ac barbaris tamquam iniurius ac periusus belloque impotens, imperium reliquisset et vitam inhonoram gloriosae morti antetulisset existimare, sed primum quidem decretum fieri postulo ta-

μα κοινὸν τῆς τε ἐκκλησίας καὶ συγκλήτου καὶ συμπάντων A.C. 1345
κοινη Ῥωμαίων, ὡς οὐκ ἀδικῶν, οὐδὲ ἐπιτοκῶν, οὐδὲ κακῶς
περὶ τοὺς βασιλέως τοῦ φίλου παῖδας ἐλεγχεῖς, ἀλλὰ τοῦ
κοινη τῆς σωτηρίας ἕνεκα ἀπέστην τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ λελύ-
50σθαι τοὺς ἐμφυλίους, ὑφ' ὧν διαφθείρονται, πολέμους. ἔπειτα
τοὺς ἐν δεσμοτηρίοις πάντας διὰ τὴν εἰς ἐμὲ κατεχομένους
εὐνοίαν ἀφεῖναι τῶν δεσμῶν, καὶ τὴν οὐσίαν ἀποδοῦναι, ὅσης D
ἀπεστέρησαν, καὶ πρὸς τοὺς παῖδας τῶν ἀποθανόντων ποι-
εῖν ὁμοίως. ἄτοπον γὰρ τῶν μὲν συμφορῶν καὶ τῶν δυσ-
10τογχημάτων αἴτιον αὐτοῖς ὀφθῆναι, πρὸς δὲ τὸ πρὸς τὴν
ἀρχαίαν μηδὲν φροντίσαι τύχην ἐπανελθεῖν. πρὸς τοῖτοις
δὲ καὶ τοῖς συνοῦσι, καὶ συγκλητικοῖς καὶ στρατιώταις, καὶ
τοῖς ἄλλοις τοῖς προσήκουσιν ἐμοὶ καθ' αἷμα, πρῶτον μὲν
πίστεις δι' ὄρκων δοῦναι, ὡς οὐδὲν κακώσουσιν, ἀμνησμένοι
15τῆς εἰς ἐμὲ εὐνοίας, ἔπειτα δὲ καὶ τούτοις ἀποδοῦναι, ἃ
ἀφῆρηται καὶ χρήματα καὶ κτήσεις. πρὸς τούτοις δὲ καὶ
προνοίας ἕκαστον ἀξιῶσαι πρὸς ἀξίαν. εἰ μὲν γὰρ ἔμελλον εἶ-
ναι βασιλεὺς αὐτὸς, ἀξίως ἂν τῶν πόνων ἡμειψέμην καὶ οὐκ
ἂν ἐκείνων ἐδεήθην προνοεῖν αὐτῶν. ἐπεὶ δ' ἐκὼν εἶναι παραι- P. 641
20τοῦμαι, δίκαιον αὐτοὺς ἐν ἀσφαλείᾳ τε ὁμοῦ καὶ εὐπορίᾳ τῶν
πρὸς τὸν βίον ἀπολιπεῖν. κὰν ταῦτα γένηται, ὥσπερ ἀξιῶ, τὴν
βασιλείαν ἀποθέμενος αὐτὸς καὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὰς πόλεις
παραδοῦς, ἢ πρὸς Ἄθῃ τῷ ἱερῷ ἢ πρὸς ἑτέρῳ μέρει τῆς
Ῥωμαίων γῆς, (οὐ γὰρ αἰροῦμαι ὑπερόριος εἶναι ἐφ' ἑτέρας,)

bulasque proponi publicas, ecclesiae, senatus Romanorumque omni-
um nomine, non me ut improbum neque peritum neque in-
sidiatorem imperatoris, amici mei, liberorum, sed ut bellum civile
communi salutem tam perniciosum tolleretur, abdicasse. Deinde
omnes, qui, quod mihi favent, carcere detinentur, dimitti et abla-
tas facultates ipsis eorumve liberis restitui. Absurdum enim, cum
te illis miseriarum et incommodorum causam inficiari nequeas, quo
pristinum statum recuperent, nihil laborare. Praeterea iis, qui
mecum sunt, et illustribus et militibus et aliis consanguineis meis
iuramento fidem dari, propter studium in me nihil adversum per-
pessuros, atque etiam his et pecunias et possessiones ereptas reddi.
Ad haec quemque pro dignitate curari. Si enim imperator fierem,
ipse eos pro eo ac mererentur munerem nec eorum curam haberi
petere. Quia vero de iure meo sponte decedo, eos securos cum
abundanti rerum ad vitam degendam necessariarum subsidio relin-
quere iustum est. Haec si fiant, (et ea fieri aequum iudico,) im-
perio et administratione depositis, et civitatibus restitutis, aut ad
sanctum montem Atho, aut ad aliam partem Romani soli, (nolo
enim in peregrina terra exulare,) quod reliquum est auctoritatis

A.C. 1345 ἀφανεία συζήσω τὸν πάντα βίον κατ' ἑμαντὸν διάγων, ὅπως
B ἂν οἶός τε ὦ.⁴

πδ'. Τοιαῦτα μὲν βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἀρῆγον διειλέ-
χθη περὶ τῆς εἰρήνης. ἐκεῖνος δὲ μέχρι πολλοῦ κάτω
C νεύων, ἐθαύμαζε σιγῇ τὴν καλοκαγαθίαν βασιλέως καὶ ὡς
ὡσπερ ἔξεπέπληκτο πρὸς τὸ μέγεθος τῶν εἰρημένων. ἔπειτα
ἀνενεγκῶν, „ὡς μὲν οὐδὲν ἐνέλιπες” εἶπεν „οὔτε εὐγνωμοσύ-
νης, οὔτε δικαιοσύνης ἐν τοῖς εἰρημένοις, οὐδὲ τὸν σφόδρα
ἀναισχυντοῦντα οἴεσθαι δυνήσεσθαι ἀντειπεῖν. ἃ δὲ αὐτῷ περὶ
τῆς εἰρήνης εἰρηται εἰδέναι βούλεσθαι, εἰ πρὸς αὐτοὺς ὡς ἐπι-10

V. 513 τηδεῖους μόνον διειλέχθη, ἢ εἰ βούλοιο μηνύεσθαι καὶ τοῖς
ἐν Βυζαντίῳ, εἴ πως γένοιτο κάκεινους τῶν δεόντων σκεπα-
μένους τι τῶν μεγάλων συμφορῶν Ῥωμαίους ἀπαλλάττειν.
βασιλεὺς δὲ ἀπαγγέλλειν τε ἐκέλευε καὶ προὔρου παντός.
ἵνα δὲ μᾶλλον βέβαια δοκῇ τὰ εἰρημένα καὶ πιστὰ, ἐκέλευε 15
καὶ γράφειν, καὶ ἐπεὶ γεγραμμένα ἦσαν πάντα, ὅσα διειλέ-
D χθη, ἐρυσθαῖς ὑπεσημαίνετο ὑπογραφαῖς καὶ σφραγῖδα χρυ-
σῆν ἐκέλευεν αἰωρεῖν, δεῖγμα τοῦ φυλάξειν τὰ ἐγγεγραμ-
μένα βεβαίως καὶ ἀναμφιβόλως. Ἀρῆγος δὲ ἐπεὶ τὰ γραμ-
ματα εἶχεν ἐν χερσὶ, πολλὰς βασιλεῖ χάριτας ὁμολογῶν, ὡς 20
τὰ μέγιστα εὐηργετημένος, καὶ μέλλων ἤδη ἀπιέναι, ἐδεῖτο
βασιλέως ἀπαγαγεῖν τὴν στρατιάν. τὴν μὲν γὰρ εἰρήνην
οὐκ ὀλίγων ἡμερῶν δεήσεσθαι πρὸς διάσκεψιν. τὴν στρατιάν
δὲ ἤρημεῖν μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ πάντα ἐπιέναι καὶ διαφθεί-

7. ἀγνωμοσύνης P. 18. γεγραμμένα P., ἐγγεγραμμένα M.

meorum obscurus et ignotus, mihi soli, quantum potero, vivens traducam.

84. Haec imperator Arego de pace sciscitanti. Ille diu terram intuens tacitusque integritatem eius admirans, tam singulari oratione velut attonitus, sic deinde ora resolvit: Quam nulla pars neque humanitatis, neque iustitiae sermoni huic tuo defuit? adeo, ut nec impudentissimus quidquam possit carpere. Quae autem de pace disseruisti, scire aveo, nobisque tantum, ut amicis, dixeris, an etiam ad aures Byzantium perferri velis, si forte et illos utile consilium suscipere et tantis populi Romani calamitatibus finem imponere contingat. Imperator dicta ab se Constantinopolim renuntiari, in rem fore censet: quae ut ad fidem plus ponderis habeant, litteris quoque comprehendendi mandat, quibus rubrica subscribit et sigillum aureum pro argumento, se ibi scripta constanter sineque ulla dubitatione servaturum, appendi iubet. Aregus instrumentum manu tenens et amplas imperatori, ut maximo beneficio ornatus, gratias agens iamque abiturus, ut abducat exercitum, rogat: pacem enim ad deliberationem non paucos dies requirere et

ρειν. εἰ δὴ αὐτὸς τὴν ἀπολογίαν περιμένων ἐνταῦθα καθε- A.C. 1345
 δεῖται, κινδυνεύσει μετὰ τὴν εἰρήνην ὑπολείπεσθαι οὐδὲν,
 περὶ οὗ ἂν δόξειε γενέσθαι ἡ εἰρήνη. βασιλεὺς δὲ τοῦτό τε
 καὶ εἴ τι μείζον ἕτερον αὐτοῦ αἰτοῦντος πρόθυμος εἶναι ἔφα- P. 642
 5σκε ποιεῖν, καὶ ἐπηγγέλλετο, ὡς ἐς τρίτην ἔξ ἐκείνης, πάσης
 γενομένης ἐν ταυτῷ τῆς στρατιᾶς, (διεσκέδαστο γὰρ ἐπὶ τὴν
 λειάν,) ἀναστήσων τὸ στρατόπεδον. οὕτω μὲν οὖν Ἀρῆγος
 βασιλεῖ συνταξάμενος, ἔχων καὶ τὰ γράμματα, ἀπεχώρει.
 καὶ γενόμενος ἐν βασιλείοις, τὰ τε γράμματα παρείχετο
 10 πατριάρχῃ καὶ μεγάλῳ δουκί, καὶ περὶ εἰρήνης διειλέχθη
 πρὸς αὐτοὺς, πολλὰ ἀδικήσειν φάσκων καὶ βασιλέα καὶ Ῥω-
 μαίους, εἰ μὴ ἐπὶ μιᾷ τινι προκλήσει πεισθεῖεν διαλύεσθαι.
 ἐκεῖνον μὲν οὖν εὐφρῶς ἀπεσκευάσαντο, φάμενοι ὀλίγῳ ὕστε-
 ρον ἀποκριεῖσθαι περὶ ὧν ἐπρέσβευε. δούξ δὲ ὁ μέγας, ἐπεὶ
 15 πύθοιτο βασιλέα παρὰ Ἀρῆγου εἰς τρίτην ἡμέραν ἀπάξοντα B
 τὴν στρατιάν, πᾶσι Βυζαντίοις πόλεμον κατήγγελλε πρὸς Καν-
 τακουζηνόν. καὶ αὐτὸς παρεσκευάζετο δῆθεν καὶ κατέλεγε τοὺς
 στρατιώτας, πᾶσι δὲ θείοις οἴκοις καὶ φροντιστηρίοις ἱεροῖς
 καὶ παντὶ γένει καὶ ἀξιώματι ἱερέων παρήγγελλε λιτὰς, ὡς
 20 τὸ θεῖον ἰλεωσομένους τοῖς τῷ ἀποστάτῃ συμβαλοῦσιν. ἔ-
 κείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιούσαν πᾶσαν παρα-
 σκευαζόμενος διήγαγεν. ἐς τὴν τρίτην δὲ ἐν ἀρίστον τῇ ὥρᾳ,
 ἐπεὶ πύθοιτο παρὰ τῶν σκοπῶν βασιλέα ἀπηρόκτα, (ἐπλήρου
 γὰρ ἐκεῖνος τὰ ὑπεσχημένα,) τὰς πύλας ἀνοίξας ἔξεχεῖτο

militem non posse quiescere, sed omnia interea incursionibus va-
 staturum. Quodsi ipse responsionem opperens illic sedeat, peri-
 culum fore, ne pace confecta, nihil eorum restet, quorum gratia
 pacem fieri concupiverit. Imperator et hoc, et si quid etiam maius
 peteret, prompte facturum recepit, et tertio post die collecto in
 unum milite, (erat enim ad praedas agendas dispersus,) castra mo-
 turum. Sic Aregus ei valedicens cum litteris discessit, quas in
 palatio patriarchae magnoque duci reddidit: ac de pace eos allo-
 cutus monuit, imperatori et Romanis iniquissimos fore, nisi una
 aliqua conditione ad compositionem moverentur. Verum illi homi-
 nem dextre submovent, paulo post ad legationem eius responsuros
 autumantes. Magnus dux intelligens ex Arego, imperatorem luce
 tertia abducturum copias, Byzantinis promiscue bellum in Canta-
 cuzenum denuntiat, ipseque se comparat et exercitum conscribit.
 Omnibus autem sacris domibus et monasteriis omnique generi et
 gradui sacerdotum preces ad divinum numen cum perfido deserto-
 re conflicturis placandum indicit. Et ille quidem diem illum et inse-
 quentem totum se comparando consumpsit. Tertio die hora prandii,
 ut a speculatoribus imperatorem desperandum discedere audivit,

- A.C. 1345 μεθ' ὁμοῦ τινος ἀσχέτου καὶ παραβόλου καὶ συνέταττε τὴν
 C τε ἰππικὴν καὶ τὴν πεζὴν δύναμιν πρὸ τῶν τειχῶν. ὡς
 δὲ ἐπανῆκον οἱ σκοποὶ, οὓς αὐτὸς προέπεμπε τοὺς πολεμίους
 δῆθεν κατασκευομένους, καὶ ἀπήγγελλον ἅμα πρῶτὶ ἐκείνους
 οἰχομένους, ἠνιάτο μὲν πρὸς τὴν ἀποτυχίαν καὶ πολλὰ ἑαυ-5
 τὸν τῆς βραδυτῆτος κατεμέμφετο καὶ τῆς τριβῆς καὶ ἐδυσχέ-
 ραινευ οὐκ ἀνεκτῶς. πέμψας δὲ καὶ πρὸς πατριάρχην ἐμῆ-
 νυν, ὡς Καντακουζηνὸς αἰσθόμενος τὴν ἔφοδον καὶ συνιδῶν
 ὡς οὐκ ἂν ὑποστησόμενος τὴν δύναμιν, ᾤχετο ἀποδράς ἅμα
 πρῶτ. τί οὖν προσήκει πράττειν, φυγῇ τῶν πολεμίων χρησα-10
 μένων; πατριάρχης δὲ ἐμήνυε „φεύγει ὁ ἄσεβής, μηδενὸς δι-
 ὠκοντος· νίκα καὶ μὴ ὑπερνίκα.” καὶ ἐκέλευεν ἀναστρέφειν
 πολλῶν τῶν πολεμίων κρείττους γενομένους. καὶ ἀνέστρεψε
 D λυπούμενος, ὅτι μὴ συμβαλεῖν ἐξεγένετο τοῖς πολεμίσις. βα-
 σιλεὺς δὲ, ἐπεὶ μὴ ἀγνοεῖν τὰ πραττόμενα ἐνῆν, πολλῶν ἐκ15
 Βυζαντίου ὁσημέραι μηνυόντων, τότε Ῥήγιον εἶλεν ἐξ ἐφό-
 δου ἐπελθὼν καὶ Ἀθύραν καὶ Δαμοκράνειαν καὶ Σηλυμβρίαν.
 κελεύσας δὲ Ἀπάμειαν, φρουρίον τι κατεσκευασμένον, τειχισθῆ-
 ναι, καὶ στρατιὰν καταλιπὼν ἐν Ῥηγίῳ καὶ Ἀπαμείᾳ καὶ Ἐμ-
 πυρίτῃ καὶ τῇ πρὸς τῇ Δέρκῃ λίμνῃ πόλει, ὡς ἂν ταῦτά τε20
 φρουροῖεν, ἔγγυτέρω Βυζαντίου τῶν ἄλλων ὄντα, καὶ ἐπεκδρο-
 V. 514 μὰς ποιοῖντο συνεχεῖς κατὰ τοῦ Βυζαντίου καὶ ληστείας, τὴν
 ἄλλην ἔχων στρατιὰν αὐτὸς ἀνεχώρησεν εἰς Διδυμότειχον.
 P. 643 ἣ δὲ ἐν τοῖς φρουρίοις τούτοις στρατιὰ τὰ μέγιστα ἐκάκωσε

12. ὑπερνικῆς P.

(stabat enim promissis,) portis reclusis, cum effraenato ac temerario impetu se effundens, equitatum ac peditatum ante muros disponit. Ubi speculatores, quos ad speculandum miserat, reversi, diluculo illos ultra abiisse retulerunt, valde ob tarditatem se incusans, patriarchae significat, Cantacuzenum, praecipientem adventum suum et illi se imparem scientem, multo mane aufugisse, quacritque, quid fieri placeat, quandoquidem hostes fugam arripuissent. Respondet patriarcha: Fugit impius, nemine persequente: vince et amplius vince: iubetque, ut hostibus longe superiores, reverti: et ille moestus, quia conflictu exciderat, revertitur. Imperator, quia quod gerebatur latere eum non poterat, multis Byzantio in dies nuntiantibus, Rhegium et Athyram et Damocraniam et Selybriam primo impetu cepit. Cumque Apameam, castellum eversum, reparari iussisset, et praesidiariam manum Rhegio, Apameae, Empyritae et urbi apud Dercen lacum, his inquam locis Byzantio vicinioribus custodiendis, et excursionibus in agrum Byzantinum frequenter faciendis reliquisset, cum cetero agmine Didymotichum profectus est. Horum oppidorum praesidiarii, etsi numero paucissimi, Byzantios tamen vexa-

Βυζαντίους, καὶ ὀλίγη οὖσα· σχεδὸν γὰρ νύκτωρ τε καὶ μεθ' Ἀ. C. 1345
 ἡμέραν πάντα διέφθειρον καὶ ἐληΐζοντο, ἔχοντες καὶ Περσι-
 κὴν ὀλίγην δύναμιν ἀναμειγμένην μετ' αὐτῶν, οἱ πολλοὺς
 ἀπέκτεινον καὶ ἐξηνδραποδίζοντο καὶ πρὸς ἑω ἀπεδίδοντο ἐπὶ
 Ἰδουλείᾳ. καὶ σχεδὸν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάντα τὰ περὶ Βυζάν-
 τιον ἀοίκητα ὑπ' ἐκείνων ἀπεδείχθη. πατριάρχης δὲ καὶ ὁ
 μέγας δούξ εἰδότες, ὡς Ἀρῆγος ἀπαιτήσῃ λόγον περὶ τῆς
 προσβείας, καὶ τὴν μὲν εἰρήνην ἀναφανδὸν αἰδούμενοι ἀπαγο-
 ρεύειν, τρόπῳ δὲ τινὶ σκεψάμενοι τὸν Λατῖνον ἀπατῶν, ἵνα
 10 μὴ δοκοῖεν ἔκοντὶ τοῖς Ῥωμαίοις αἴτιοι αὐτοῖ καθίστασθαι
 τοσαύτης συμφορᾶς, πρὸς βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν ἔγρα- Β
 ψαν τοιάδε· „ὡς ἡμεῖς πολὺν τινα λόγον περὶ τοῦ μὴ Ῥω-
 μαίους ὑπὸ τοῦ πολέμου διαφθεῖρεσθαι ποιούμενοι, ὀλίγῳ
 πρότερον ἐπέμψαμεν πρὸς σε προσβείαν, ἕπερ αὐτὸς πρὸς
 15 τὸν περιπόθητον καὶ γνησιώτατον τῆ βασιλεῖ τὸν μέγαν δού-
 κα ἤτησας ἐπαγγελλόμενοι ποιήσειν. ταῦτα δὲ ἦν, ἀποθέ-
 μενον τὴν βασιλείαν, ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι καὶ μηδὲν προσδοκᾶν
 πείσεσθαι δεινὸν διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην τὴν πρὸς βασιλίδα
 καὶ τὰς συμφορὰς, ἃς ἐπήγαγες Ῥωμαίοις πολεμῶν. σὺ δὲ,
 20 ὡς ἔοικεν, ἔτι φόνων καὶ αἱμάτων ὀρεγόμενος πλειόνων καὶ
 τὰς συμφορὰς τοῖς ταλαιπώροις Ῥωμαίοις αὖξῃν, ἵν' ἂ προ- C
 εἴλου ἐξαρχῆς, ἠτήθῃς ὑπ' οὐδενός, εἰς τέλος δόξης ἀγαγεῖν,
 μεταβαλὼν ἀπρόκτους ἀπέπεμψας τοὺς πρέσβεις, ἠρημένους
 ἂ ἐφθάρξω. τότε μὲν οὖν ἀνεξέλεγκτα ἐψεύσω, φάσκων τὸν

bant importunissime, omnia fere noctu et interdium depopulantes ac devastantes: habebantque sibi admixtos Persarum aliquot manipulos, qui multos occidebant, multos capiebant et in orientem pro servis vendebant, brevique tota paene Byzantium circum iacens regio in solitudinem ab illis redacta est. Verum patriarcha et magnus dux, non ignorantes, Aregum responsum requisiturum, cum pacem aperte detrectare vererentur, via quadam per consultationem inventa, qua Latinum fallerent, ne Romanis scientes ac volentes acrumnas tam multas creare viderentur, Cantacuzeno in haec verba scripserunt: Quandoquidem nobis vehementer curae ac sollicitudini est, ne Romanis bello plurimum detrimentorum imponatur, pronuper ad te legatos misimus, pollicentes facturos, quae tu a magno duce imperatori dilectissimo fidelissimoque petivisti. Erant autem haec, ut abdicato imperio tutus esses et nihil poenarum formidares, quod erga imperatricem tam infidus exstitisses et bello Romanos tantopere afflixisses. Tu vero adhuc fundendi sanguinis et calamitatum miseris Romanis augendarum cupidus, ut apparet, quo, quae a principio tuopte impulsu constituisti, ad finem perduxisse videaris, legatos, mutata mente, et inficiatus quae dixeras, infecta re dimisisti. Tum igitur improbabili mendacio magnum ducem non

- A.C. 1345 μέγαν δοῦκα εἰρηκέναι περὶ σοῦ μὴ ἀληθῆ. νυνὶ δὲ οὐδέ-
 μίαν σοι τοιαύτην ἔξεστι καταφυγὴν εὑρεῖν καὶ πρὸς ἀναβο-
 λὰς χωρεῖν τῶν εἰρημένων. τὰ τε γὰρ γράμματα ἐλέγξουσι
 τὰ σὰ ὄντα παρ' ἡμῖν καὶ ὁ πρεσβευτὴς Λατῖνος, ἀξιόχρεως
 ὢν πρὸς πίστιν. ἂ τοίνυν ἔγραψας αὐτὸς, ὡς ἀποθήσῃς
 τε τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὰς ἀδίκως κατεχομένης
 καὶ τυραννουμένης πόλεις παραδώσεις, αὐτὸς δὲ μονάζοντος
 βίον ζήσεις ἐν Ἄθῳ τῷ ἱερῷ ἢ ἄλλοθί που, ὅπῃ ἂν δοκῇ,
 D καθήμενος, στέργομεν καὶ αὐτοί, καὶ οὐδὲν ἄλλο λείπεται, ἢ
 διδόναι προθεσμίαν, καθ' ἣν ἡμῖν τὰς πόλεις παραδώσεις. 10
 περὶ δὲ προγραμμάτων καὶ δικαιωμάτων καὶ τῶν ἐν δεσμο-
 τηρίοις κατεχομένων, εἰ ἀπολυθήσονται, ἢ εἰ ἀποδώσομεν αὐ-
 τοῖς τὰ δικαίως ἀφηρημένα, καὶ περὶ προνοίας τῶν σοὶ συνάν-
 των μηδένα λόγον σὺ ποιοῦ. ἡμεῖς γὰρ ἱκανοὶ περὶ τῶν
 τοιούτων σκέπτεσθαι καὶ ποιεῖν, ἅτα ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν καὶ 15
 δίκαια." τοιαῦτα γράψαντες καὶ οἰκείαις καὶ αὐτοῖς ὑποσημη-
 νάμενοι ὑπογραφαῖς, τὸν Λατῖνον μεταπεμψάμενοι, πάντα,
 ἔφασαν, ἃ τε αὐτὸς ἠξίου καὶ Καντακουζηνὸς ἰκέτευε, πεποι-
 ηκέναι, καὶ ἐδείκνυσαν τὰ γράμματα ὑπογεγραμμένα, ὡς αὐ-
 τοῖς τῶν περὶ τῆς εἰρήνης λόγων πάντων περιειλημμένων. 20
- P. 644 ἄμα δὲ καὶ παρείχοντο αὐτῷ. ὁ δὲ διαλέκτου τε τῆς Ἑλ-
 ληνικῆς καὶ γραμμάτων ὢν ἄπειρος παντάπασι, τοῖς λόγοις
 ἀρκεσθεὶς καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς, πολλὰς αὐτοῖς ὁμολογήσας
 χάριτας τῆς εὐγνωμοσύνης καὶ τῶν Ῥωμαίων τῆς κηδεμο-

11. πραγμάτων M. pro προγραμμάτων.

vera de te locutum affirmasti. Nunc autem tale effugium reperire et dicta longius differre tibi non conceditur. Tuae enim ad nos litterae et legatus Latinus fide dignus te redarguent. Quae ergo scripsisti, te imperio et administratione abiturum, oppidaque contra fas ac tyrannice occupata redditurum, et quietam monachi vitam in sacro monte Atho aut ubi placuerit exacturum, ea et nos probamus, nihilque restat, nisi diem praefinire tibi, quo urbes restituas. De re publica autem et de iudicio constituendo et de cura tuorum tu sine cura esto: nos quippe ad haec et perspicienda et facienda, quatenus commoda et iusta sint, satis valemus. Scripta hac epistola et subscriptionibus adiectis, Latino accersito, omnia quaeque ipse voluisset quaeque Cantacuzenus orasset, se praestitisse memorant, easque litteras, quibus tota pacis tractatio contineretur, exhibitas ei tradunt. Ille litterarum Graecarum ac sermonis omnino expertus, verbis eorum ac subscriptionibus contentus, de aequitate Romanorum et sollicitudine multis verbis gratias agit et cum epistola Didymotichum festinat. Convento salutatoque imperatore, Eu, inquit, advenio, de pace ferens tibi evangelia. Omnia

νίας, ἀπεχώρει. καὶ σπουδῇ πολλῇ πρὸς Λιδυμότειχον ἧ-Α. C. 1345
 κεν ἔχων καὶ τὰ γράμματα. συντυχὼν δὲ βασιλεῖ καὶ
 προσφθεγξάμενος, „ιδού σοι” εἶπεν „εὐαγγέλια κομίζων
 ἦκω περὶ τῆς εἰρήνης. πάντα γὰρ, ὅσαπερ αὐτὸς ἤττου, πα-
 55τριάρχης τε καὶ ὁ μέγας δούξ μετὰ τῶν ἄλλων τῆς συγκλήτου
 κατεπράξαντο προθύμως καὶ γράμμασι καὶ αὐτοὶ τὴν διά-
 λυσιν βεβαίαν τοῦ πολέμου μάλιστα πεποιήνται.” παρείχετό
 τε καὶ τὰ γράμματα ἀντίκα. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἀνέγνω, μι- B
 κρὸν ὑπομειδιάσας, „ἀνέγνως” εἶπε „τὰ γράμματα, ἃ τοσαύτην V. 515
 10ἔχων ἤνυσας ὁδὸν, ἢ ἀπλῶς οὕτω καὶ ἀπεριέργως, τῇ φίλῃ
 καὶ συντρόφῳ χρώμενος ἀπλότῃ, μηδὲν εἰδὼς τῶν ἐγγεγραμ-
 μένων, ἦκες ἔχων;” τοῦ δὲ μηδὲν περινεοημένον, μηδὲ φαῦ-
 λον περὶ αὐτῶν εἰπόντος οἰηθῆναι, ἀλλ’ ἀπεριέργως καὶ ἀ-
 15πλῶς τοῖς τε λόγοις καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς πεισθῆναι πατρι-
 5 ἄρχον, ὅσπερ ἂν δικαίως ἐποίει καὶ πρὸς Πάπαν, καὶ ταῖς
 μεγάλου δουκὸς καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τέλει, καὶ πάσῃ σπου-
 δῇ καὶ προθυμίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, ὡς πάντων ἤδη ἠνυσμέ-
 νων, ἃ αὐτὸς ἠγεῖτο περὶ πλείστον· πάντα ὁ βασιλεὺς καθ’ C
 ἕκαστον ἐξηγεῖτο καὶ τὴν δύναμιν ἠρομήνευε τῶν γεγραμμένων.
 20τοῦ δὲ πρὸς τὴν ἀπάτην ἀγανακτοῦντος καὶ τὴν ἐκείνων ἀναι-
 σχυντίαν καὶ τὸ κακὸς τῶν τρόπων ἐκπληττομένον, „οὐ χρὴ
 θανμάζειν,” εἶπεν ὁ βασιλεὺς „οὐδ’ ἀνιᾶσθαι ἀπατώμενον, εἰ
 αὐτὸς μὲν πρὸς ἀλήθειαν εἴλετο ζῆν, ἐκείνοις δὲ ψεύδους καὶ
 25σκοφαντίας καὶ ἀπάτης ἐμέλησε παρὰ τὸν βίον· ἀλλ’ ἐκ
 5 τούτων μάλιστα τῶν ὀλίγων καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ

enim, quae tute petebas, patriarcha et magnus dux cum ceteris opti-
 matibus libenter annuerunt, et litteris ipsi quoque pacem firmam
 ratamque fecerunt. Quibus dictis epistolam porrexit. Qua lecta,
 imperator renidens, Legistin’, inquit, litteras, cum quibus tantum
 iter confecisti, an ita candide et incuriose amica tibi et a natura
 ingenita simplicitate usus, nesciens quid complecterentur, ad me
 illas attulisti? Illo respondente, non se rem alius discussisse, nec
 sibi suspectas fuisse, sed citra curiositatem simpliciter verbis patri-
 archae eiusque et magni ducis et aliorum procerum subscriptionibus
 credidisse, (quomodo etiam Papae merito faceret,) cupidissime ac
 laetissime ad eum venisse, ut omnibus iam, quae ille ardentissime
 optasset, consummatis atque perfectis; imperator cuncta sigillatim
 recenset et scriptorum sententiam interpretatur. Monacho ad fal-
 laciam stomachante et illorum impudentiam malignitatemque ob-
 stupescente, non oportere admirari, ait imperator, neque dolere, se
 delusum, si ipse quidem veritatem in vita colere statuerit, illi vero
 mentiri, sycophantari et fraudes componere tota vita studeant, sed
 ex his paucis maxime etiam alia, quae belli tempore contigissent,

- A.C. 1345 τὸν τοῦ πολέμου χρόνον εἰργασμένων συνορᾶν ὅποια ἦν. οὐδὲ γὰρ οὐδεμιᾶς ἐφείσαντο ὑπερβολῆς ἀπάτης καὶ ψεύδους εἰς δεῦρο ἐκ τῆς βασιλέως τελευτῆς, ἐξ ὧν βασιλίδα τε ἐπεισαν τὸν πόλεμον ἐλέσθαι τὴν ἀρχὴν καὶ μέχρι νῦν ἐξαπα-
Δτῶντες οὐκ ἐῴσι διαλύεσθαι ἐμοί. ἐκείνοις μὲν οὖν τοιαῦτα 5
 ἤρημένοις καὶ τὸν πόλεμον ἀνάπτουσι, θεὸς τε τὰς ἀμοιβὰς ἀντιμετρήσειε τῆς προαιρέσεως ἀξίας, καὶ Ῥωμαῖοι πάντες εἴσονται, ὡς οὐ δι' αὐτὸν ὁ πόλεμος καὶ ἡ φθορὰ καὶ οἱ ἀνδραποδισμοί, ἀλλὰ δι' ἐκείνους γίνεται. αὐτὸν δὲ καὶ χάριν αὐτοῖς ἐξαπατήσασιν εἰδέναί, ὅτι πρὸς ἡμᾶς ἀφικέσθαι παρεσκεύασαν. 10
 τοιαῦτα πρὸς Ἀρῆγον περὶ τῶν γραμμάτων ὁ βασιλεὺς διαλεχθεὶς, ἐγράπετο ἐφ' ἑτερα, ἃ προσήκει φίλοις πρὸς ἀλλήλους.
- P. 645 πέ. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελείτο, καὶ ὁ μέγας δούξ ἐστρά-
Βτευσε κατὰ Ἐμπυρίου τοῦ φρουρίου καὶ πολιορκήσας ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ ἀποπειράσας τῶν τειχῶν, ἐπεὶ μηδὲν ἦνε, 15
 τῶν ἔνδον εὐρωστόως ἀμυνομένων, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἀπῆρε. καὶ πρὸς τῇ Ἱερῷ γένόμενος, κατὰ τὸ στόμα τοῦ Πόντου κειμένη πόλει, ἐπεχείρει, ὡσπερ ἔφρασκε, τοὺς κατ' ἐμπορίαν πλέοντας ἐπὶ τὸν Πόντον πάντας φόρους ἀπαιτεῖν. τοῦτο δὲ ἦν ἀδύνατον, μὴ θαλασσοκρατοῦντα. ἐκεῖνος δὲ ἤδη συνορῶν, 20
 ὡς τὰς μὲν κατὰ τὴν ἡπειρον πάσας πόλεις ὑπεποιήσατο πλὴν ὀλίγων ὁ βασιλεὺς, ἐμελλε δὲ μετὰ μικρὸν κάκεινας, καὶ Βυζάν-
Κτιον πολιορκοῖη ταῖς συχναῖς ἐφόδοις, καὶ δεδοικῶς, μὴ βασιλὴς τε καὶ οἱ ἄλλοι, τὴν ἀνάγκην συνιδόντες, ὡς οὔτε στρατιᾶς δύναιν'

qualia sint, cognoscere: neque enim ab obitu imperatoris hucusque ab ulla quantumvis enormi impostura mendacique illos abstinuisse: unde, inquit, imperatricem ab initio ad arma impulerunt, et usque hodie os ei sublinentes pacem necum facere non patiuntur. Illis itaque sic affectis et bellum accendentibus, Deus tali proposito digna fert praemia, et Romani omnes non a me, sed ab illis bellum, interitum, servitutem manasse comperient. Gratiam autem veteratoribus illis habeo, cum te ad nos miserunt. Haec ad Aregum super litteris imperator. Deinde iis, quae sunt amicorum inter se, vacatum est.

85. Interea magnus dux castellum Empyriten invasit, quod ubi triduo obsedit, murorumque facto periculo nihil profecit, fortiter qui intus erant propugnantibus. Byzantium rediit, et Hiero, urbe ad ostium Ponti sita, aggressus est, ut aiebat, ab omnibus mercatoribus Pontum sulcantibus portoria exigere: id quod, nisi mare teneret, fieri non poterat. Videns enim, imperatorem continentis urbes praeter paucas omnes subegisse, et illas quoque paulo post subacturum esse, et Byzantium ab eodem crebris irruptionibus quodammodo obsideri, timensque, ne imperatrix et concilium, necessitate perspecta, quod neque copias habere possent,

ἂν ἔτι εὐπορεῖν οὔτε χρημάτων, οἷς χρώμενοι πολεμοῦεν βασι- A.C. 1345
 λεῖ, τρέπονται πρὸς τὴν εἰρήνην, ἐσκέψατο ἔξαπατᾶν καὶ φε-
 νακίζειν. καὶ ἀναφανδὸν ἐδημηγόρει, ὡς πόρον χρημάτων μέγι-
 στον ἐξεύροι, ἐξ ὧν οὐ Καντακουζηνῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι
 5πολεμίοις ἀντιτάξαιτο. πᾶσι γὰρ τοῖς ὀθενδήποθεν ἐμπό- V. 516
 ροις φόρους ἐπιθήσειν πρὸς ἀνάγκην, ἐξ ὧν ἔσονται Ῥωμαίοις
 πρόσοδοι πολλαπλασίους τῶν πρόποτε οὐσῶν. καὶ ἀφικόμε-
 νος πρὸς Ἱερὸν, ἵνα διαπλέειν μηδενὶ ἐξῆ, ἂν μὴ παρέχη D
 χρήματα, ὀλκάδα μυριοφόρον ἐπ' ἀγκυρῶν ὀρμίσας κατὰ
 10μέσον τὸ ῥεῦμα, ὀπλίτας ἐγκαθίδρουσε πολλοὺς καὶ ἐκέλευε
 χρήματα λαμβάνειν παρὰ τῶν ἐμπόρων. οἱ δ' οὐδὲν μᾶλ-
 λον ἢ πρότερον ἐλάμβανον. ἀναλωμάτων γὰρ πρότερον πολ-
 λῶν καὶ τριήρων ἢ ἐπιχειρήσις ἐδεῖτο, ὥστε ἄρχειν τῆς
 θαλάσσης, μέγα δυνηθέντας καὶ κρείττους γενομένους τῶν
 15πλεόντων· μὴ ῥαδίας δὲ οὔσης πρὸς ταῦτα τῆς παρασκευῆς,
 καὶ οἱ θανααστοὶ ἐκεῖνοι πόροι καὶ αἱ πρόσοδοι ἀπώλλυντο.
 τῶν συγκλητικῶν δὲ οἱ πολλοὶ, ὅσοι μὴ διὰ τὸ πρὸς βασιλέα
 ἔχθος, ὥσπερ ἐν ὀνειροῖς, ἐπείθοντο πλουτεῖν, εἰδότες ὡς ἀ-
 νηρύτοις ἐπιχειρεῖ, τὴν μεγαλοφυῖαν ἐθαύμαζον πρὸς εἰρω-
 20νεῖαν καὶ τῶν πάλαι βασιλέων κατεγίνωσκον πολλὴν κορυφό- P. 646
 τητα, ὅτι τοσοῦτον ἐν χερσὶ πλουτοῦτον ἔχοντες ἠγνόουν. βα-
 σιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς οὐκ ὀλίγας διατρίψαντα ἡμέρας
 παρ' αὐτῶ Ἀρῆγον αὐθις οἴκαδε ἀπέπεμπε, κελεύσας ἀπο-
 κρίνεσθαι μηδὲν τοῖς πέμψασι· μόνῳ δὲ τῷ μεγάλῳ δου-
 24. μόνον P.

neque pecunias, quibus adversus eum uterentur, ad pacem incli-
 narent, modum commentus est, quo eos circumduceret ac ludifica-
 ret. Nam palam concionabatur, rationem pecuniae conficiendae
 commodissimam se invenisse, qua non Cantacuzeno solum, sed uni-
 versis hostibus resisterent. Omnibus enim undecumque mercatoribus
 tributa necessaria impositurum. Ex quo Romanos vectigalia maiora,
 quam unquam antehac, percepturos: profectusque Hierum, ut ne-
 mini nisi portorium solventi liceret traicere, onerariam grandem
 et in anchoris stantem, multis ei gravis armaturae militibus im-
 positis, in medios fluctus provexit, iussitque a negotiatoribus pecu-
 niam accipere. Verum nihilo magis, quem ante, accipiebant. Sum-
 ptu magno et triremibus multis opus erat, ut domini maris et
 potentiores iis essent, qui navigarent. Ob cuius apparatus difficul-
 tatem admirabiles illi reditus et vectigalia evanescebant. Complu-
 res porro proceres, qui non credebant, propter odium in impera-
 torem velut in somnis ei divitias affluxuras, cum scirent conatus
 fore irritos, per simulationem eius animi magnitudinem admira-
 bantur; veteresque imperatores levitatis et incogitantiae non parvae
 coarguebant, qui se tantos thesauros in manibus habere nescivis-

A.C. 1345 καὶ εἰπεῖν, ὡς οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν ἐπιλάθοιτο τῆς φιλῆς ἀπάτης καὶ πανουργίας καὶ στρεβλότητος, ἀλλὰ τῷ περιόντι τῆς περὶ ταῦτα σχέσεως καὶ θεὸν νομίζοι δύνασθαι ἐξαπατᾶν. καὶ γὰρ πάντα μᾶλλον διανοούμενος, ἢ ἐκ παρατάξεως μάχεσθαι πρὸς αὐτὸν, ἰκεσίας καὶ ἰλασμοὺς παραγ-5
B γέλλειν πρὸς θεὸν τοῖς ἱεροῦσιν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς μέλλοντος μαχεῖσθαι. ἀλλ' εἰδέναι σαφῶς, ὡς οὔτε θεός, ἂ πρόαττει καὶ διανοεῖται, ἀγνοεῖ, καὶ οἱ ἄνθρωποι δὲ, εἰ μὴ πρότερον, ἀλλ' ὕστερόν γε τὰς ἀπάτας αὐτοῦ καὶ τὰς πανουργίας πάσας συν-
 ορῶσι. τί γὰρ μὴ τῇ προτεραίᾳ τὴν στρατιὰν ἐξῆγε πρὸς 10
 τὴν μάχην, ἀλλὰ μετὰ τὸ πυθέσθαι αὐτὸν ἀπάγοντα τὴν στρατιὰν; τότε μὲν οὖν λεληνηκέναι εἶπεν αὐτὸν, φρυγομα-
 χήσας οὐκ ὀλίγα. ἵνα δὲ μὴ ἐπιπλέον διὰ τὴν φυγὴν λυπῆ, ὅσον οὐπω πάλιν ἐπελεύσεσθαι καὶ μὴνύειν διὰ τοῦτο, ἵνα μῆτε λυποῖτο ἐπιπλέον καὶ παρασκευάζοιτο πρὸς μάχην. **A-15**
C ρῆγος μὲν οὖν ἦλθεν εἰς Γαλατᾶν καὶ οὐδὲ λόγον τινὸς ἤξι-
 ωσε τοὺς πέμψαντας. δοῦξ δὲ ὁ μέγας, ἐπεὶ πύθοιτο ἐπανά-
 κοντα, κατέπλεεν ἐξ Ἱεροῦ καὶ μετεκαλεῖτο τὸν Ἀρῆγον, ὡς περὶ τῆς πρῆσβετίας ἐρωτήσων. ὁ δ' οὔτε παρεγένετο καὶ κα-
 τηγόρει φανερώς, ὅτι καὶ φόβον πάντα θεοῦ καὶ ἀνθρώπων 20
 ἀποθέμενοι αἰδῶ, τοιαῦτα πράττουσιν, οἷα πᾶς τις ἂν μισοίῃ
 συνιδῶν. ἔφασκέ τε, ὡς πρὸς τὰς τοιαύτας ἀπολογίας, οἷας

sent. Cantacuzenus Aregum non paucis diebus apud se diversatum dimisit cum mandato, ut iis, a quibus venisset, nihil responderet: solum magno duci diceret, illum nec antea, nec modo familiaris sibi imposturae, calliditatis ac pravitatis oblivisci posse: putareque propter suam in his excellentiam etiam ipsi Deo sese fucum facturum. Nam cum quidvis in animo haberet potius, quam acie opposita secum congregari, tamen supplicationes et placamina sacerdotibus pro se, ut pugnaturum, indixisse. Interim se certo scire, neque Deum latere, quid ipse agat et cogitet: et homines si non ante, at certe post, fraudes eius versutiasque omnes cognituros. Cur enim non pridie, sed postquam discessisse adversarium exercitum audierit, copias suas ad proelium eduxerit? Tum se ista fuga contristatum dixisse, cum ipsemet pugnam vehementer fugeret. Ne porro diutius eius fuga doceat, primo quoque tempore rursus affuturum: et ob id praemonere, ut nec moereat amplius, et se ad certamen expediat. Aregum Galatam venit, nec eos, a quibus missus fuerat, verbo dignatus est. Magnus dux, ut Aregum reversum accepit, Hiero renavigans eum de legatione obita percunctaturus accersit: qui nullus venit, et ipsum ac satellites eius palam reprehendit, quod omni timore Dei hominumque reverentia soluti ea designarent, quae quisquis sciret, detestaretur: aiebatque ad defensiones tales, quales ipsi pro se perfricta fronte afferrent, impera-

αὐτοὶ ποιοῦνται ἀνερευθριάστως, βασιλέα μόνον ἔξαρχεῖν δεόν- A. C. 1345
 τως ἀποκρίνεσθαι. διὸ καὶ μετ' ὀλίγον ἤξει, ἔργω τὰς ἀποκρίσεις
 δώσω. παρήγγελέ τε αὐτοῖς παρασκευάζεσθαι, ὡς μαχουμέ-
 νους πρὸς τοὺς τεύχεσιν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὰ εἰωθότα πράξαντες,
 5 οὐδὲν καινὸν ἐνόμιζον ποιεῖν. βασιλεὺς δὲ αὐθις ἤκεν εἰς Βυ-
 ζάντιον πανοτρατιᾶ καὶ πρὸ τῆς Χαροσίας πύλης οὐκ ὀλίγον D
 διετέλεσεν ἐστῶς. ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἀντεπεξῆει, ἀναστρέψας
 ἔστρωτοπέδευσεν ἐν τῇ Πετρογεφύρᾳ καλουμένῳ τόπῳ, ποταμοῦ
 τε παραρρέοντος καὶ ἄφθονον τροφήν τοῖς ἵπποις παρέχον-
 10 τοσ τοῦ τόπου. καὶ ἡ στρατιὰ ἑκάκον τὸ Βυζάντιον, ὅσα
 μάλιστα ἐνῆν. Ἀρῆγος δὲ αὐθις ἐλθὼν πρὸς βασιλέα, ὑπὲρ
 βασιλίδος λόγους ἐποιεῖτο, ὡς οὐδαμῶς αἰτία τοῦ πολέμου
 εἶη, ἀλλὰ πατριάρχης καὶ οἱ ἄλλοι, οἳ ταύτην βουλομέ-
 νην οὐκ ἔωσι χωρεῖν πρὸς τὴν εἰρήνην, πείθοντες, ὡς, ἂν ἐνὶ γέ
 15 τῷ τρόπῳ περιέσῃ, ἐκείνην τε ἀποκτενεῖς αὐτίκα καὶ τὰ τέκνα.
 ὧν ἀκούουσαν, καίτοι καὶ ἄλλως οὐχ ἑαυτῆς κυρία οὖσαν, P. 647
 ὥστε πράττειν, ἅττα ἂν δοκῇ συμφέρειν, πάντα ἐκείνοις ἐπι- V. 517
 τρέπειν πρὸς ἀνάγκην. βασιλεὺς δὲ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ φίλοις
 κρύφα διαλεχθεῖς, ἐπεὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς εὐκαιρὸν πράττειν τι
 20 ὑπὲρ αὐτοῦ, αὐθις ἀνεχώρει. οὐδὲν γὰρ ἦν, ὃ λήψεται ἐκτὸς
 τειχῶν. καὶ πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ ἐλθόντι, ἐκείνη τε ἡ πόλις
 προσεχώρει, τοῦ ταύτης ἄρχοντος Παρασπονδύλου πράττον-
 τος, καὶ τὰ ἄλλα φρούρια, ἃ περὶ αὐτὴν ὡς περὶ μητέρα

5. ἀντεπεξίει P. 17. περιέστη P.

torem solum pro eo ac deceret respondere idoneum, et propediem
 affuturum opereque ipso responsurum. Quare se instruerent: ante
 ipsa enim moenia confligendum. Illi, quia quod solerent fecerant,
 nihil se novi fecisse opinabantur. Imperator denuo toto cum exer-
 citu Byzantium venit, et ad portam Charsiam non parum diu prae-
 stolatus, cum nemo pugnaturus exiret, retrocedens, ad Petrogephy-
 ram (loci nomen est) castrametatus est, ubi, praeterlabente fluvio,
 irrigua prata abundantem pabuli copiam equis sufficiunt. Ac milites
 quidem quantum valebant Byzantio incommodabant. Aregus vero
 ad imperatorem rediens, Augustam purgabat, nequaquam ab illa,
 sed a patriarcha et aliis bellum profluxisse, qui ipsam volentem
 amplecti pacem non sinerent, eique persuadere niterentur, si quo
 modo Cantacuzenus praevaluerit, statim ipsam cum liberis necatu-
 rum. Quae cum audiat, (quamquam nec alioqui ita sui ipsius sit,
 ut quae probet efficere possit,) omnia in illorum arbitratu neces-
 sario ponat. Imperator cum amicis, quos Byzantii habebat, occulte
 agens, quoniam illis eius adiuvandi decrat opportunitas, et quod
 extra moenia occuparetur nihil erat, inde iterum discessit. Adria-
 nopolim venienti etiam illa urbs, Paraspondylo praefecto interprete,
 se dedit: aliaque item castella circum ipsam veluti circa matrem

A.C. 1345 ἄκουν. καὶ ἡ Τζερνομιάνου δὲ καὶ αὐτὴ προσεχώρησεν, ἀν-
 Βτέχειν πρὸς τὸν πόλεμον μὴ δυναμένη, ἧς ἤρχεν ὁ Ἱέραξ,
 τῶν οἰκετῶν ὧν βασιλέως Ἀνδρονίκου, καὶ πολλὰ πρὸς τὸν
 πόλεμον κατὰ Καϊτακουζηνῶ τοῦ βασιλέως πράξας καὶ εἰ-
 πῶν. ἐν τῇ Ἀδριανοῦ δὲ καὶ ἕτερός τις ἦν τῶν βασιλέως
 Ἀνδρονίκου οἰκετῶν, Μαγκαφᾶς ὠνομασμένος. τούτους δὴ
 οὖν τοὺς τρεῖς, Μαγκαφᾶν τε καὶ Ἱέρακα καὶ Παρασπόνδυ-
 λον, ὁ βασιλεὺς μεταπεμψάμενος, οὐκ ἄγνοεῖν μὲν ἔφασκεν,
 ἄς παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον πάντα πάσῃ προθυμίᾳ
 καὶ σπουδῇ πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ βασιλείως ἐπολέμησαν. οὐ μὲν-
 10 τοι διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖν,
 τὴν προσήκουσαν οἰκέταις ἐπιδεδειγμένους προθυμίαν. οὐδὲ
 γὰρ οὐδὲ παρακοιμωμένῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅτι ἐπολέμησαν
 C ὀργίζεσθαι, ἀλλ' ὅτι σεσυκοφαντήκασί τε ἔξαρχῆς καὶ ἄχρι
 νῦν συκοφαντοῦσι, ψεύδει ψεῦδος συρόφᾶπτοντες καὶ τὸν
 15 πόλεμον οὐκ ἔωντες καταλύεσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ κάκεινοις
 τοσαύτην πρὸς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην ἐπιδεδειγμένοις, εἰ τῶν
 δόλων καὶ τῶν συκοφαντιῶν ἠθέλησαν ἀποστάντες διαλύεσθαι
 πρὸς αὐτὸν περὶ τε τῶν κοινῶν καὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς, οὐ-
 20 δεμίαν ἂν ἐνεδειξατο πικρίαν, οὐδὲ ἐπεμνήσθη τῶν κατὰ τὸν
 πόλεμον γεγενημένων παρ' αὐτῶν τοσοῦτων ἀλγεινῶν, ἀλλ'
 ἠδέως ἂν εἶδε καὶ εὖμενῶς, καὶ τῆς ἀρχαίας ἠξίωσε φιλίας
 καὶ συνηθείας πρὸς αὐτόν. πρὸς δὲ αὐτοὺς οὐδὲ ἵχνος μή-
 25 νιδος φέρειν ἢ ὀργῆς, οὐδὲ προσκεκροκέναι αὐτῷ νομίζειν,

16. ἐῶσι M. mg.

sita. Praeterea Tzernomianus, quae se defendere non poterat: cuius praefecturam obtinebat Hierax, imperatoris Andronici domesticus, quiq̄ bello adversus Cantacuzenum qua dictis, qua factis non parum momenti attulerat. Adrianopoli alius erat ex eiusdem Andronici domesticis, Mancaphas nomine. Hos igitur tres, Mancapham, Hieracem et Paraspondylum, advocans imperator, non se clam esse ait, eos, quamdiu bellum fuerit, summa cupiditate flagrantique studio pro iuvene imperatore contra se decertasse: nec tamen idcirco succensere: laudare etiam, quod se pro officio famulorum strenuos in eo praebuissent. Neque enim vel praefecto cubiculi atque ceteris, quod belligerassent, iratum esse, sed quod a principio usque nunc sycophantias fabricantes, mendacium mendacio assuerent pacique obniterentur. Verumtamen si illi, qui tam improbi in se fuissent, a dolis et calumniis temperantes, inire secum concordiam voluissent, nec in commune, nec in ipsos quidquam acerbitatis ostensurum, neque tot miseriarum bello ab iis invectarum recordaturum, sed amice et iucunde eos visurum veterique necessitudine ac familiaritate dignaturum fuisse. Contra ipsos

ὅτι ὑπὲρ βασιλέως αὐτῆς τοσαῦτα ἐπολέμησαν, (τὰ γὰρ δι- A.C. 1345
 καια καὶ τὰ προσήκοντα δούλοις εὐγνώμοσι πεποικέναι,) ἄλ- D
 λως θ' ὅτι οὐδ' αὐτός ἐστι πολέμιος τῶν βασιλέως παίδων
 καὶ διαφθείρειν ἐκείνους ἐκ παντός τρόπου ἤρημένος, ἀλλὰ
 5 πρῶτερόν τε τὰ μάλιστα ἐκείνοις καὶ Ῥωμαίοις συνοίσοντα
 σπουδάζειν, καὶ νῦν οὐδὲν ἦττον μετὰ τὸν τοσοῦτον πόλεμον
 καὶ τὴν ἄφατον ἀγνωμοσύνην καὶ μανίαν, ἣν οἱ ὑπὲρ ἐκεί-
 νων δῆθεν, τῆ δ' ἀληθείᾳ κατ' ἐκείνων τὸν πόλεμον κεκινη-
 κότες ἐνεδείξαντο. ἐκκαλύψειν γὰρ ἤδη τὸ ἀπόρρητον αὐ-
 10 τοῖς, ὡς εἴη βεβουλενμένος, εἶγε καὶ κατὰ γνώμην εἴη θεῶ,
 εἰ περιγένοιτο τῶν πολεμούντων καὶ κύριος τῶν βασιλέως
 παίδων κατασταίη, πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων ὑφ' ἑαυτὸν
 πεποιημένος, μὴ τῆς πατρῴας ἀρχῆς ἀποστερεῖν, ἀλλὰ διοι- P. 648
 κήσαντα τὰ πράγματα ἄχρῃς ἂν βασιλεὺς ὁ νέος Ἰωάννης
 15 πρὸς ἡλικίαν εὐφρόνα ἀφίκηται καὶ δυναμένην ἄγειν τὴν
 ἀρχήν· ἔπειτα αὐτῆ παραδιδόναι τὴν ἡγεμονίαν. τούτου γοῦν
 ἀληθῶς οὕτω κεκριμένου παρ' αὐτῆ, οὔτε τοῖς πρῶτερον
